Adam caretarius querit de Johanne le Brut. Plegius prosequendi Robertus de Rosteshal'. Plegius respondendi Petrus le Bav.

Willelmus molendinarius querit de Thoma filio Radulfi de aula. Plegius prosequendi theþingmannus et habeat alium ut manucapit. Et theþingmannus manucapit habere ad proximum Rogerum molendinarium respondere dicto W.

Willelmus le Blessedede et uxor ejus querit de Thoma Trip. [Plegius] prosequendi J. le Peg. Plegius respondendi J. le Blake.

vj d. Walterus de Mordon' distringatur pro assisa. Johannes de Colshull' eodem modo.

Johannes le Blake distringatur habere famulum suum responsorum de recursu facto et [].

Ysabella le Brag' distringatur pro assisa. Henricus Coc distringatur pro assisa. Margeria faber eodem. Blissot' Kyng eodem modo. Willelmus de Hyneton' distringatur pro assisa. Margeria de Hampton' eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Henricus de Wadele eodem modo. Walterus faber eodem modo. Felicia de Straton' eodem modo. Matilda relicta fabri eodem modo.

vj d. Johannes Feuelyn in mis' pro assisa.

Summa ix s.

97 [m. 10] HUNDREDUM DE WURTH' DIE SABATI [27 June] PROXIMA ANTE FESTUM BEATI PETRI ANNO X

Johannes le Brut¹ per Willelmum Wissond versus Adam caretarium de placi-to trans'.

Johannes Rossel per Henricum Edrych versus Johannem Feuelyn de placi-to trans'.

Johannes de Escot' per Johannem le Hore versus Willelmum theþingmannum de Grundewell'.

¹ *Names of all those essoined have a dot in the left margin except Phelippus de Swindon' and Willelmus Saillefest'.*

Phelippus de Swyndon' per Robertum le Brut versus Christinam filiam Willelmi de molendino de placito trans' et debiti.

Willelmus Saillefest' per Nicholaum Cauuel versus Lovekinn' pistorem de placito trans'. *Non allocatur.*

Radulfus Odom per Johannem novum contra Robertum Ude de una lege facienda.

Johannes de angulo per Johannem Osmund versus Johannem Feuelyn de placito trans'.

Dominus Patericus Chawars distingatur pro defalta. Johanna Bevine et Johannes Everard distingantur pro quarto delicto.

Tenentes domini Roberti de Meisi distingantur pro recursu ut prius. Theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad lawed[ay].

Tenementum Thome Boveton distingatur pro pluribus defaltis. Theþingmannus de Stanton' distingatur pro concelemento ut supra.

Willelmus Saillefest' distingatur et plegii sui summoneantur pro defalta eo quod non est prosequitus placitum versus Robertum le Brid eo quod essonia non allocatur.

Theþingmannus de Stratton' distingat Adam Moseprust pro assisa.

xij d. Stephanus messor in mis' pro trans' facta Roberto Scarlat. Plegius idem Robertus.

vij d. Robertus le Brid in mis' quia fecit se ballivum. Plegius Galfridus de Mandevil'.

Phelippus de Swyndon' et Christina filia Willelmi de molendino summoneantur eo quod essoniantur. Tenementum annacorite de Stanton' distingatur pro aqua mutata. Radulfus Odom summoneatur facere legem ut supra et iterum legem.

Henricus le Wivorn' vadiat unam legem contra ballivos quod non mutavit cursum aque nec injuriam fecit prout theþingmannus presentat.

xij d. Walterus de Rosteshale in mis' pro defalta ad laweday. Johannes de Escot' summoneatur de purprestura facta eo quod essoniatur.

ij s. Agnes de Pondfold' in mis' quia retraxit de querela sua versus magistrum Stephanum de Baillou. Plegius Ricardus de Lech'. Et vadiat eidem *xij* quarteria.¹

Johannes Not vadiat legem contra ballivos quod non estopiavit cursum aque unius nec fodiavit dimidiā acram suam unde cursus aque atornatur nec aliquis pro se nec aliquis quem sivit. Plegii Henricus Arnald et Ricardus filius Hugonis.

ij s. Johannes Not in mis' pro trans' facta Rogero Brian' et iterum pro defecione de lege. Plegius Henricus de Grundewell'.

Robertus Chanu distingatur pro Roberto Jentil manupastu suo ut supra.

vj d. Willelmus pastor de Wyka in mis' pro trans' facta theþingmanno de Wyka. Plegius Jacobus Sprot.

Johannes Feuelyn, Johannes de angulo, et Johannes Rossel' summoneantur. *xij d.* Jacobus le Palmer' in mis' quia non habuit Walterum de Elindon' quem plegiavit. [Plegius] Willelmus Wissond. Et Walterus de Elindon' ponatur

¹ Almost illegible at edge of membrane.

per meliores. Willelmus le Fowlar' distringatur pro eodem eo quod fuit plegius ejus. *Et habeant illam districcionem per concideracionem hundredi.*
 Inquiratur per theþingmannum de Blunt' de fonte estopiata.
 Adam caretarius et Johannes le Brut summoneantur sequi placitum.
vj d. Thomas le Ladde in mis' pro trans' facta Willelmo molendinario.
vj d. Thomas Trippe in mis' pro trans' facta Willelmo le Blessed.
 Jacobus clericus distringatur respondere eo quod non habuit filium suum quem plegiavit ad respondendum de hutesio levato prout theþingmannus dicit.
vj d. Ysabella le Brag' in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Coc eodem modo.
vj d. Willelmus de Hynton' eodem modo. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo.
vj d. Henricus de Wadele eodem modo. *vj d.* Walterus faber eodem modo.
vj d. Felicia de Stratton' eodem modo. *vj d.* Matilda relicta fabri eodem modo. Margeria faber eodem modo.
 Henricus Dochull' distringatur pro defalta et pro marisco fodiato.
 Tenementum annacorite distringatur pro aqua mutata.
 Gilibertus Nonners attachietur pro recursu facto in festo Trinitatis ut theþingmannus de Lost' presentat.
vj d. Willelmus bercarius in mis' quia defecit de querela versus Nazarium Per'.
vj d. Robertus messor in mis' pro trans' facta Rogero le Hore. Et vadiat eidem ij s. Plegius Nigellus Alisandr'.
 Robertus filius Willelmi de Lost' distringatur pro assisa. Willelmus Henr' eodem modo. Agatha le Wayte. Willelmus Colat eodem modo.
 Theþingmannus de Lost' vadiat legem contra ballivos quod non fecit con- clementum de Willelmo Colat. Plegius theþinga.
 Thomas de Stanton distringatur pro assisa. Robertus Aylward eodem modo.
 Willelmus Ailward distringatur pro defalta eo quod essonia non [allocatur].
 Atornatus domini Galfridi Haspald facit defaltam unde tenementum distrin- gatur.

Summa xiiij s.

98 [m. 11] HUNDREDUM DE WURTH' IN CRASTINO [21 July] SANCTE MARGARETE ANNO REGNI REGIS EDWARDI DECIMO

ESSONIE

Theþingmannus de Losteshull'¹ per Robertum filium Ricardi versus ballivos de una lege facienda. *Et summoneatur facere legem.*
 Henricus le Wyvorn' per Johannem novum versus ballivos de una lege facienda.
 Johannes Feuelyn per Ricardum Lucy versus Johannem de angulo et Johannem Rossel de placito trans'.
 Jacobus le Palm' per Willelmum de Grundewel versus Walterum de Elindon' de placito vetiti namii et omnes alios.
 Dominus Patericus Chawars distringatur pro defalta. Johannes Everard et Johanna Bevine distringantur pro quarto delicto.

¹ Names of all those essoined have a cross in the left margin except Johannes Feuelyn.

Dominus Robertus de Meysi distringatur pro recursu facto per homines suos ut prius. Theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

Tenementum Thome Boveton distringatur pro defalta. Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento braciatoris.

xij d. Willelmus Saillcfest' in mis' pro se et plegiis suis eo quod non prosequutus querelam suam versus Robertum le Brid. Et iterum invenit plegium prosequendi versus eundem silicet Ricardum filium Hugonis. Unde idem Robertus distringatur respondere eidem.

vj d. Theþingmannus de Straton' in mis' quia non distrinxit Adam Moseprust pro assisa.

Tenementum annacorite de Bluntesdon' distringatur pro aqua mutata prout presentatum fuit. Et Henricus le Wyvorn' summoneatur facere legem.

xij d. Ricardus mercator de Aldiborn' in mis' pro trans' facta Roberto Chanu. Plegius Johanncs capellanus de Aldiborn'.

xij d. Phelippus de Swyndon' in mis' pro trans' facta Christine filie Willelmi de molendino. Et recognovit teneri eidem Christine in xl s. solvendis j marca ad festum sancti Egidii proximi et j marca ad festum sancti Martini et j marca ad Annunciaciōnē beate Marie. Plegii Reginaldus focarius et Laurencius heres.

Johannes Feuelyn et Johannes de angulo et Johannes Rossel summoneantur sequi placitum.

Walterus de Elindon' ponatur per meliores plegios respondere Johanni Eym' et Willelmus le Fowlar' alter plegius suus distringatur respondere eo quod non habuit eundem et non venit per summonicionem.

Condonatur. Robertus le Ferecar' in mis' quia defecit de querela sua versus Robertum Jentil. Plegius [].

vj d. Adam carectarius in mis' pro trans' facta Johanni le Brut. Plegius Johannes de Mordon'.

vj d. Radulfus Adam in mis' quia defecit de lege sua ut prius. Plegius Johannes le Fys.

Gilibertus Nanners attachietur pro recursu ut prius. Henricus Dochull' distringatur pro defalta et marisco fodiato.

xij d. Rogerus de Temple atornatus Galfridi Haspald in mis' pro defalta quia dixit se non esse summonitum. Plegius Johannes Eilm'.

Pertinet ad curiam. Inquisicio de Brodeblunt' jurata dicit super sacramentum quod Willelmus le Knift estopavit fontem die Sabati proxima post Nativitatem sancti Johannis Baptiste quo die hundredum tentum fuit apud Brodeblunt' ad videndum cursum illius aque mutatum per Johannem Not. Unde attachietur respondere.

vj d. Robertus filius Willelmi de Lost' in mis' pro assisa. *vj d.* Willelmus Henr' in mis' pro eodem. *vj d.* Willelmus Colat in mis' pro eodem. *vj d.* Thomas de Stanton' in mis' pro eodem. *vj d.* Robertus Ailward in mis' pro eodem. *vj d.* Agatha la Wayte in mis' pro eodem.

Johannes de Escot' calumpniatur quod deberet fodiasse mariscum de Grundewell' et advocavit esse liberum tenementum suum. Unde melius videatur per liberos.

Theþingmannus de Straton' summoneatur respondere de concelemento unius falci furati.

Petrus serviens Johannis nigri vadat legem contra Willelmum filium Jacobi le Brag' quod bladum viride de frumento quod fuit dicti Jacobi non pavit juxta Grenlinge nec ipsum verberavit nec vadium sibi negavit in festo Trinitatis hoc anno. Plegii de lege Johannes niger et Adam Gileberd.

xij d. Willelmus Ailward in mis' quia non habuit Willelmum diaconum quem plegiavit ad prosequendum versus Ricardum diaconum et idem Ricardus recessit sine die. Plegius []. Et iterum idem Willelmus in mis' pro trans' Roberto Saillefest'. Plegius idem Robertus.

Magister Stephanus de Baillou summoneatur habere manupastum suum ad respondendum Thome de Mandevil' et idem summoneatur. Plegius prosequendi [].

Walterus messor de Haydon' distringatur pro assisa. Walterus de Mordon' eodem modo. Walterus Spaynel distringatur respondere eo quod recettat extraneos malef[actores]. Stephanus molendinarius distringatur eo quod non habuit Florencium quem plegiavit. Robertus de Borewarescot' distringatur pro assisa et Stephanus molendinarius eodem modo.

Capellanus de Wydihull' et frater ejus distringantur respondere de hutesio levato prout theþingmannus presentat. Henricus Sort distringatur pro assisa. Jacobus le Mercer distringatur pro assisa. Jacobus Rolves eodem modo. Henricus de Wadel' eodem modo. Walterus faber eodem modo. Alicia de Hynton' eodem modo. Johannes Haydon' eodem modo. Willelmus Picard eodem modo. Adam Waryn eodem modo. Radulfus Spuly eodem modo.

vj d. Willelmus Wissond in mis' pro trans' facta Henrico Hobbesort.

ij s. Walterus faber de Wurth' in mis' pro assisa.

Rogerus Estmar vendicat j jumentum et probavit per Galfridum Marmiun, Willelmum de Ore, Robertum Segre, Willelmum filium Johannis, Willelmum Gileberd, Robertum Simond, Johannem de Purye.

Galfridus Marmiun vendicat unum equum et probavit per eosdem.

Willelmus de Oure vendicat unam jumentum et probavit per eosdem et sunt plegii eorundem per unum annum et unum diem ad respondendum de predictis jumentis vel precio silicet v s.

Robertus Segre vendicat j jumentum et probavit per eosdem.

Summa xij s.

99 HUNDREDUM DE WURTH' IN FESTO [10 Aug.] SANCTI LAURENCII ANNO REGNI REGIS EDWARDI X°

ESSONIE

Johannes de Escot¹ per Willelmum de angulo versus Willelmum de fonte theþingmannum de Grundewel' de placito trans'.

Thomas de Mandevil' per Walterum theþingmannum de Estrop versus Willelmum Bevine de placito trans'.

¹ *None of the names of those essoined has a mark against it.*

- Robertus le Brid per Ricardum filium suum versus Willelmum Saillefest' de placito trans'.
- Jacobus Renfrey per Thomam de Stanton' versus Aliciam Renfrey de placito trans'.
- Willelmus filius Jacobi per Thomam Normandie versus Petrum de Rodborn' de una lege recipienda.
- Nigellus Alisandr' per Radulfum filium suum versus Radulfum Rossel de placito trans'.
- Johannes de angulo per Johannem filium suum versus Johannem Feuelin de placito trans'.
- Idem Johannes per Simonem le Frankeleyn versus Radulfum Malin' de placito vetiti namii.

vj s. vj d. Rogerus Estmar' in mis' quod non fuit prosuquatus querelam suam de uno equo. Plegius prepositus de Sevenham'.

xvij d. Johannes de Redenham in mis' quia retraxit se de querela sua. Plegius prepositus de Sevenh'.

Dominus Patericus de Chaward distingatur pro defalta. Johannes Everard et Johanna Bevine distingantur pro quarto delicto.

Dominus Robertus de Meysi distingatur pro recursu. Et theþingmannus ejusdem ville distingatur pro defalta ad laweday.

Tenementum Thome Boveton distingatur pro defalta.

Theþingmannus de Stanton' distingatur pro concelemento braciatoris.

Willelmus Saillefest' querit de Roberto le Brid et ipse essoniatur. Unde summoneatur.

Tenementum annacorite de Blunt' distingatur pro aqua mutata.

xij d. Henricus le Wivorn' in mis' quia defecit de lege sua de aqua mutata de cursu.

Walterus de Elindon' ponatur per meliores plegios respondere Johanni Eilm'.

vj d. Willelmus le Fowelar' in mis' quia non habuit Walterum de Elindon' quem plegiavit. Plegius Jacobus le Palm'.

Johannes de Escot summoneatur respondere de purprestura et interim videatur.

Petrus serviens Johannis nigri summoneatur facere legem versus Willelmum filium Jacobi.

vj d. Johannes de cruce theþingmannus de Stratton' in mis' pro concelemento. Gilibertus Nanners distingatur pro recursu facto apud Lost'.

Thomas de Mandevil' querens de W. Bevine essoniatur. Unde summoneatur.

vj d. Walterus messor de Haydon' in mis' pro assisa. *vj d.* Walterus de Mordon' eodem modo.

vj d. Walterus Spainel in mis' quia herbigat extraneos malefactores.

vj d. Stephanus molendinarius in mis' quia non habuit Florencium quem plegiavit. Plegius alter alterius.

vj d. Robertus de Borewarescot' in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Sort in mis' pro eodem. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo. *vj d.* Henricus de Wadel'

eodem modo. *vj d.* Johanna Haydon' eodem modo. *vj d.* Alicia de Hyneton' eodem modo. *Condonatur:* Willelmus Picard eodem modo. *vj d.* Adam Waryn eodem modo. *vj d.* Radulfus Spuly eodem modo. *vj d.* Stephanus molendinarius eodem modo.

Dominus Jordanus querit de Walerano Peris. Plegius prosequendi dominus J. Wal'. Plegius respondendi Simon Brian'.

Radulfus Maline querit de Johanne de angulo. Plegii prosequendi Willelmus de angulo et Henricus Edrich. Plegii respondendi idem Willelmus et Johannes Osmund'.

Radulfus Rossel querit de Nigello Alisandr'. Plegii prosequendi Johannes de angulo, J. Osmund. Plegii respondendi idem Johannes et Henricus Edrich. Robertus James querens de famulo Johannis Michel et datus est dies amoris usque proximum. Unde summoneantur.

vj d. Radulfus de Nywham in mis' pro trans' facta Johanni le Sawyer'. Plegius theþingmannus de Merston'.

Dominus Johannes de Stretford persona de Lydiard distringatur pro via fodiata. Robertus Joye distringatur pro assisa. Thomas Malger eodem modo. Johannes de Colshull' distringatur pro assisa. Ricardus faber eodem modo. Alicia de fonte eodem modo. Matilda Colat eodem modo. *vj d.* Theþingmannus de Lost' in mis' quia defecit de lege.

Christina Luce distringatur pro assisa. Matilda Mabeli eodem modo. Henricus longus pro assisa. Felicia de Straton' eodem.

xij d. Walterus Malecorn' in mis' quia duxit bladum alterius.

[m. 12]

Summa xvij s. vj d.

100 HUNDREDUM DE WURTH' DIE JOVIS [10 Sept.] PROXIMA POST NATIVITATEM BEATE MARIE ANNO X°

ESSONIE

Essonie patent in cedula.

Henricus Wodcok' per Nicholaum porcorium versus Henricum longum de placito trans'.

vj d. Johannes Everard in mis' pro quarto delicto.

Dominus Patericus de Cadurc' distringatur pro defalta.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu ut prius. Et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad lawday.

Tenementum Thome Boveton' distringatur pro defalta. Teþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento.

vj d. Robertus le Brid in mis' pro trans' facta Willelmo Saillefest'. Plegius idem Willelmus.

Anacorita de Blunt' distringatur respondere de aqua mutata et inquiratur citra proximum quis illam mutavit.

Henricus Bat plegius Johannis Everard summoneatur audire judicium eo quod non habuit eundem ad respondendum de quarto delicto et idem

ponatur per meliores plegios. Et Johanna Bevine distringatur pro quarto delicto.

Loquela que tangit Waltero de Elindon' ponatur in respectu donec melius inquiratur de negociis sibi tangentibus.

xij d. Johannes de angulo in mis' pro se et famulo suo pro trans' facta Johanni Feuelyn. Plegius Johannes le Frence.

vj d. Waleranus filius Petri in mis' pro trans' facta Jordano persone de Harn-hull'. Plegius Simon Brian'.

vj d. Willelmus filius Jacobi le Brag in mis' pro falsa querela versus Petrum famulum Johannis nigri. Plegius idem Jacobus.

Gilibertus Noners distringatur pro recursu facto apud Lost'.

Thomas de Mandevil' querens se optulit versus Willelmum Bevine et ipse essoniatur. Unde summoneatur.

Datus est dies amoris inter Robertum Jemes et famulum Johannis Michel eo quod idem Johannes est essoniatus.

Johannes de Stretford calumpniatur quod deberet fodiasse iter regale et petit visum unde videatur.

Nigellus Alisandr' vadat legem contra Radulfum Rossel quod die Mercurii proxima post Translacionem sancti Thome martiris hoc anno ipsum non assaltavit in West Fivehyde quod vocatur Medslade nec ipsum percussit nec sanguinem ab eo tractavit nec manum super ipsum inposuit ad dampnum xx s. Plegii de lege Willelmus de angulo Johannes Osmund.

vj d. Robertus Joye in mis' pro assisa. *vj d.* Thomas Malg' in mis' pro eodem.

vj d. Ricardus faber in mis' pro eodem. *vj d.* Alicia de fonte in mis' pro eodem. *vj d.* Matilda Colat in mis' pro eodem. *vj d.* Christina dame Luce in mis' pro eodem. *vj d.* Matilda Mabely in mis' pro eodem. *vj d.* Henricus longus in mis' pro eodem. *vj d.* Johannes de Colshull' in mis' pro eodem.

Prior de Farleye summoneatur invenire theþingmannum apud Merston'.

Questus est Radulfus Maline quod Johannes de angulo die Mercurii proxima post festum Trinitatis ad noctem in pace domini, ubi idem Radulfus in posuit unam jumentum doynne in quadam viridi placea ex parte occidentali curie sue quam habuit de tradicione et voluntate dicti Johannis, ibidem cepit eandem injuste et fugavit ad domum suam in Nutherestraton' et ibidem in curia sua detinuit contra vadium et plegium predicta hora usque diem Sabati proximam quando liberata fuit per ballivum domini regis ad dampnum et pudorem xl s. et habuit sectam.

Idem venit et defendit verba placiti et recongnovit capcionem justam in loco predicto suo proprio et in suo dampno et aliter non cepit nec detinuit contra vadium et plegium et vadat legem. Plegii de lege [].

Johannes Hereberd distringatur pro defalta et plegii sui summoneantur audire judicium eo quod non habuerunt eundem ad respondendum Willelmo de Hineton' et Juliane uxori sue. Et ipsi habent diem.

Brianus Aubr' querit de Simone homine persone de Wurth'. Plegius prosequendi Reginaldus Damemold'. Plegius respondendi Johannes Wissid'.

Walterus carpentarius distringatur pro assisa. Henricus Sort eodem modo. Ysabella le Brag' eodem modo. Agnes Badecok eodem modo. Matilda la Hore eodem modo. Luce Accetil eodem modo.

Willelmus de Hineton' et Juliana uxor ejus querunt de Johanne Hereb'.
Plegii prosequendi Walterus Page, W. de fonte. Plegii respondendi Johannes
Gore et Arnaldus Oslak.

Petrus de Oreval distringatur pro assisa. Jacobus Rolves. Walterus faber
eodem modo.

Christina Combar' querens se optulit versus Johannem famulum persone.
Plegius prosequendi Robertus Jemes. Unde persona distringatur habere
eundem manupastum suum.

Henricus Wodecok querit de Henrico longo. Plegii prosequendi Willelmus
Picard, Robertus Galeys. Plegii respondendi eidem.

ij s. Walterus faber in mis' quia posuit murum super iter regale.

ij s. Johannes le Mercer de Merston' in mis' quia non fuit prosecutus. Plegius
Walterus le Mercer.

Summa xij s.

1282-1283¹

101 [m. 1] HUNDREDUM DE WURTH IN CRASTINO [30 Sept.]
SANCTI MICHAELIS ANNO REGNI REGIS EDWARDI DECIMO

ESSONIE

Johannes de Stretford² persona de Lydiard per Simonem famulum suum
versus ballivos et Thomam de Lydiard de placito trans'.

Johannes de angulo per Johannem Osmund versus Radulfum Maline de una
lege vadiata.

Nigellus Alisandr' per Henricum Edrich versus Radulfum Rossel de una lege
facienda.

Johannes Reymund receptus atornatus Reginaldi le Long de Wydihull' per
breve³ domini regis ut patet.

Dominus Patericus de Cadurc' distingatur pro defalta.

Dominus Robertus de Meysi distingatur pro recursu et theþingmannus
eiusdem ville pro defalta ad lawday.

ij s. Johannes Michel in mis' pro trans' facta Roberto Jemes. Plegius Galfridus
de Mandevil'.

Tenementum Thome Boveton distingatur pro defalta.

Theþingmannus de Stanton' distingatur pro [].

Loquela que tangit Walterum de Elindon' et Johannem Eylm' in respectu.

Johannes de Stretford summoneatur pro via fodiata et interim videatur.

ij s. De Johanne Ace pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

ij s. De Johanne filio Johannis Ace pro eodem.

Nigellus Alisandr' summoneatur facere legem versus Radulfum Rossel eo
quod prius essoniatur.

Johannes de angulo summoneatur facere legem versus Radulfus Maline eo
quod prius essoniatur.

Condonatur. Willelmus Kilecrist in mis' pro trans' facta Briano Aubrey.
Plegius Thomas Banac.

Johannes Hereberd ponatur per meliores plegios pro defalta et respondere
Willelmo de Hyneton' et uxori sue. Et plegii sui summoneantur iterum eo
quod essonianter.

vj d. Theþingmannus de Buriblunt' in mis' quod non habuit eundem Johan-
nem.

iiiij s. De Thoma Wrong pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

vj d. Willelmus carpentarius in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Sort eodem
modo. *vj d.* Ysabella le Brag' eodem modo. *vj d.* Agnes Badecok eodem

¹ S.C. 2/208/90.

² None of the names of those essoined has a mark in the left margin except Nigellus Alisandr' which has a dot.

³ The royal writ is lost, but the sewing holes are visible at the left margin.

modo. *vj d.* Matilda la Hore eodem modo. *vj d.* Lucia Accetil' eodem modo.
vj d. Petrus Doreval eodem modo. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo. *vj d.*
 Walterus faber eodem modo.
 Persona de Wurth' distringatur habere Johannem manupastum suum res-
 pondere Christine le Combar'. Et ipsa summoneatur.
 Prior de Farleye distringatur pro theþingmanno inveniendo.
 Theþingmannus de Swindon' distringatur pro defalta. Theþingmannus de
 Blunt' sancti Andree eodem modo.
xij d. Henricus longus in mis' pro trans' facta Henrico Wodecok.
xii d. De Ricardo Maline pro secta sua.
 Emma de Mordon' distringatur pro assisa. Christina Saillefest' eodem modo.
 Margeria faber eodem modo. Robertus triturator de Blunt' eodem
 modo.
 Willelmus de Lost' distringatur respondere eo quod recipieravit bladum
 suum furatum sine ballivo prout presentatum.
 Jacobus le Brag' distringatur pro assisa. Willelmus longus eodem modo.
 Margeria Bran' eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Henricus de
 Wadele eodem modo. Walterus de Eston' eodem. Alicia tenens Jacobi
 Rolves eodem modo. Willelmus Richer eodem modo. Hubertus de gardino
 eodem modo. Johannes de Radenham eodem modo. Jacobus Renfrey
 eodem modo. Willelmus Warde eodem modo.
ij s. De Johanne de Klincton' pro secta sua. *Condonatur:* Henricus Edrich
 distringatur pro assisa. Alicia Aylwine eodem modo.
 Ema la Skinnar' distringatur respondere de hutesio levato super Agnetem le
 Bedel et ipsa simul distringatur.
 Henricus pistor distringatur respondere eo quod duxit carectam suam noc-
 turno tempore in campum et moravit ibi per totam noctem in campo pro
 suspectu mali prout theþingmannus presentat.

Summa xix s.

**102 [m. 2] HUNDREDUM DE WURTH' DIE LUNE [26 Oct.] PROX-
 IMA ANTE FESTUM APOSTOLORUM SIMONIS ET JUDE ANNO
 REGNI [REGIS EDWARDI DECIMO]**

ESSONIE

Theþingmannus de Lost¹ per Nicholaum Gonter de communi.
 Edmund Gregori per Adam Gileberd versus Johannem Wrench de placito
 trans'.
 Theþingmannus de Estrop per Walterum Eme de communi.
 Theþingmannus de Westrop per Robertum de Hanendon' de communi.
 Theþingmannus de Widihull' per Ricardum le Kyng de communi.
 Christina le Combar' per Simonem Brian versus Johannem famulum magistri
 Stephani de Ballou de placito trans'.
 Theþingmannus de Hampton' per Ricardum filium Hugonis de communi.

¹ *The tithingmen of Eastrop, Westrop and Hampton have a cross in the left margin.*

v marce Dominus Robertus de Meysy in mis' pro trans' facta ballivo domini regis. Plegii dominus R. de Lost' et Robertus de Meysi le Frankeleyn. Et vadat eidem ballivo x s. per eosdem plegios.

Memorandum Theþingmannus de Lost' distringatur respondere eo quod sivvit Nicholaum le Berd defamatum latrocino sibi traditum evadere.

Dominus Patericus de Cadurc' distringatur pro defalta.

Dominus Robertus de Meysi distringatur pro recursu. Et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad laweday.

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento.

Tenementum Thome Boveton distringatur pro defalta.

Liberi homines qui visum fecerunt de fovea persone de Lydiard de novo levata dicunt quod vicini solent ibidem ire versus ecclesiam.

vj d. Galfridus de la Lane in mis' pro trans' facta Petro Waler' et vadat eidem ij s. *vj d.* reddendos¹ in festo sancti Andree. Plegii J. Gor et Arnaldus Oslac.

vj d. Willelmus Richer in mis' pro assisa.

Johannes Wrench querit de Edmundo Gregori. Plegii prosequendi J. pater ejus et Johannes le Reve.

vj d. Walterus Wrench in mis' quia retraxit de querela sua versus Adam Gileberd. Plegius idem Adam.

Datus est dies amoris inter Rogerum de Bur', Johannem Somery, Aliciam de fonte, et Galfridum de la Lane querentes et Waleranum filium Petri et Petrum patrem suum defendantes. Plegii prosequendi alter alterius. Plegii respondendi Johannes le Peg et Walterus niger.

Condonatur. Robertus le Kyng in mis' quia percussit theþingmannum de Blunt' sancti Andree. Plegii magister J. Ace et Jacobus le Brag.

vj d. De Petro Walerand pro Walerano filio suo atornato habendo usque festum sancti Michaelis.

xij d. De Petro Underhull' pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

xij d. De priore de Crek' pro tenemento Wastevile usque festum sancti Michaelis.

Willelmus de Sortegrove distringatur pro assisa. Walterus de Mordon' eodem modo.

ij s. Magister Johannes Ace in mis' pro trans' facta ballivis. Plegii dominus Johannes Walerand et Jacobus le Brag.

vj d. Radulfus Rossel in mis' quia defecit de querela sua versus Nigellum Alisandr' unde fecit legem. Plegius Johannes Osmund.

Henricus pistor calumpniatur quod deberet ivisse cum caretta sua nocturno tempore in autumpno in campum et ponit se super inquisitionem. Unde inquiratur ad laweday.

vj d. Johannes de angulo in mis' pro trans' facta Radulfo Malin' unde defecit de lege sua. Plegii Radulfus Malin' et Radulfus Sever' et vadat eidem ij s.

xij d. Johannes Hereberd in mis' pro se et plegiis pro trans' facta Willelmo de Hyneton' et Juliane uxori sue. Plegius Johannes Gore.

Persona de Wurth' distringatur habere J. manupastum suum respondere Christine le Combar' eo quod essoniatur.

¹ MS. r'.

Prior de Farleye distingatur invenire theþingmannum.

iiij s. Dominus Johannes Golafr' dat ut supra pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

vj d. Emma de Mordon' in mis' pro assisa. *vj d.* Christina Saillefest' in mis' pro eodem. *vj d.* Robertus tritour' de Blunt' in mis' pro eodem. *vj d.* Jacobus le Brag' in mis' pro eodem. *vj d.* Willelmus longus de Hampton' pro eodem. *vj d.* Margeria Brian' de Hampton' pro eodem. *vj d.* Henricus de Wadele in mis' pro eodem. *vj d.* Alicia tenens Jacobi Rolves. *vj d.* Alicia Aylwine in mis' pro eodem. *vj d.* Johannes Feuelyn in mis' pro eodem. *vj d.* Willelmus le Skinnar' in mis' pro eodem.

Agnes le Bedel distingatur respondere Emme le Skinnar'.

Loquela que tangit Walterum de Elindon' et Johannem Eym' in respectu.

Willelmus le Brag distingatur respondere eo quod nocturno tempore fuit ad domum Henrici Arnald in abscondito et non paciebatur Henricum Arland intrare in bercariam suam unde aliqui exierunt prout presentatum fuit per theþingmannum. Hugo le Wyte et Johannes Sort distingantur respondere eo quod fuerunt socii sui ad illam tabernam illa nocte.

Christina le Brag levavit hutesium super Robertum le King et querit et ponunt se super inquisitionem. Plegius prosequendi Jacobus frater ejus. Plegius respondendi magister Johannes et [].

vj d. Adam Selverloc in mis' pro trans' facta filio Johannis Ace. Plegius theþingmannus de Blunt'.

Henricus Arnald distingatur pro assisa. Walterus longus eodem modo. Albreza filia Rogeri de fonte. Matilda Coc eodem modo. Johannes Poynant eodem modo.

vj d. Theþingmannus de Brodeblunt' in mis' pro concelemento.

Tenementum quod fuit Johannis de Norton' distingatur pro defalta.

Condonatur quia pauper. Robertus le Lutle in mis' pro trans' facta Alicie Dochull'. Plegius theþingmannus de Straton'.

Robertus faber de Straton' distingatur pro assisa. Johannes le Srapiar' eodem modo. Felicia de Straton' eodem modo. Christina Dobbe eodem modo. Willelmus Goffe eodem modo.

Thomas prepositus de Hampton' distingatur habere Johannem filium suum respondere Thome le Carecter et Julianae uxori sue.

Summa iiij li. v s. ij d.

103 [m. 3] HUNDREDUM DE WURTH' DIE LUNE [16 Nov.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI MARTINI QUOD DICITUR LAWEDAY ANNO REGNI REGIS EDWARDI XI INTRANTE

ESSONIE

Waleranus filius Petri¹ per Robertum longum versus Johannem Somery de placito capcionis averiorum.

Idem Waleranus per Robertum Saillefest' versus Rogerum de la Bur' de eodem.

¹ *None of the names of those essoined has a mark in the left margin.*

- Idem Waleranus per Petrum Wranne versus Aliciam de fonte de eodem.
 Stephanus prior de Farleye per Robertum Godchep versus Walterum molendinarius de placito vetiti namii.
 Robertus Blech' per Willelmum Blech' versus eundem de eodem.
 Thomas Blech' per Johannem Poynant versus eundem de eodem.
 Waleranus filius Petri per Thomam le Blund versus Galfridum de la Lane de capcione averiorum.
 Johannes Wrench per Jacobum Sprot versus Edmundum Gregor' de placito trans'.
- Johannes Neveu receptus atornatus domini Ricardi de ripariis per breve¹ domini regis ut patet.
 Dominus Patericus Chawars distringatur pro defalta. Tenementum Thome Boveton distringatur pro defalta.
 Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu. Theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.
 Persona de Lydeard distringatur pro via fodiata ut prius.
 Agnes le Bedel distringatur respondere Emme le Skinnar'.
 Johannes Wrench et Edmundus Gregori summoneantur sequi placitum eo quod essoniantr.
 Rogerus de la Bury, Johannes Somery, Alicia de fonte, Galfridus de la Lane, et Waleranus filius Petri et Petrus pater ejus summoneantur.
vj d. Johannes de Lechelad' in mis' pro trans' facta Jacobo Rauf. Plegius Willelmus de Lechelad'.
vj d. Willelmus de Sortegrove in mis' pro assisa. *vj d.* Walterus de Mordon eodem modo. *vj d.* Henricus Arnald eodem modo. *vj d.* Walterus longus eodem modo. *vj d.* Matilda Coc eodem modo. *vj d.* Johannes Poynant eodem modo. *vj d.* Robertus faber de Stratton eodem modo. *vj d.* Johannes le Srapiar' eodem modo. *vj d.* Felicia de Stratton' eodem modo. *vj d.* Christina Dobbe eodem modo. *vj d.* Willelmus Goffe eodem modo.
 Tenementum quod fuit Johannis de Norton' distringatur pro defalta ut prius.
xij d. De Johanne Michel pro secta sua usque festum sancti Michaelis.
xvij d. De domino Paterico Chawars pro secta sua usque festum sancti Michaelis.
 Walterus molendinarius querit de priore de Farleye, Roberto Blech et Thoma filio suo. Plegii prosequendi Ricardus de marisco et Stephanus messor. Plegius respondendi Willelmus Sculhard et Stephanus Warde.
vj d. Johannes filius Thome prepositi de Hampton' in mis' pro trans' facta Willelmo caretario et uxori sue et vadiat eidem ij s. Plegius Thomas pater ejus.
vj d. Willelmus Saillefest in mis' pro trans' facta Henrico ballivo. Plegius [].
vj d. Arnaldus carpentarius in mis' pro trans' facta Waltero fabro. Plegius Galfridus de Mandevil'.
 Questus est Henricus Arnald de Willelmo diacono quod die Assumptionis hoc anno ad noctem in pace domini venit nefando nocturno tempore ad

¹ *The royal writ is lost, but the sewing holes are visible at the left margin.*

domum ejusdem Henrici apud Grundewell' et domum suam fregit et contra voluntatem ejusdem Henrici intravit cum hominibus ignotis et ipsum assaltavit contra pacem ad dampnum et pudorem c marcarum et habuit sectam. Idem venit et defendit verbo in verbum contra se et sectam et voluit vadiare legem. Concederatum fuit quod non potuit ad legem venire propter feloniam. Et iterum idem invenit plegios sequendi in comitatu de feloniam Rogerum de Bur' et Galfridum de Mandevil'. Unde mittatur ad prisonam.

vj d. Theþingmannus de Blunt' sancti Andree in mis' pro concelemento Ricardi [] extra assisam.

vj d. Thomas filius Willelmi de fonte de Hampt' in mis' pro trans' facta Ricardo Dalle. Plegius Willelmus Henr'.

vj d. Theþingmannus de Hampton' in mis' pro falsa presentacione Henrici pistoris de Hampton'.

Summa xj s. vj d.

VEREDICTUM THEÞINGMANNORUM

ij s. Theþingmannus de Hanendon' venit ad laweday et dat ut supra.

xij d. Theþingmannus de Yngelesham venit eodem modo.

ij s. j d. Theþingmannus persone de Worth' venit eodem modo.

Theþingmannus de Stanton' venit eodem modo et nichil presentat nec dat.
Unde distingatur pro concelemento.

vij s. ix d. Theþingmannus de Lidiard venit eodem modo et presentat nichil.

iiij s. Theþingmannus de Swyndon' venit eodem modo.

xxj d. Theþingmannus de Mordon' venit eodem modo et presentat quod Johannes de Colshull' braciavit contra assisam.

iiij s. Theþingmannus de Wydihull' venit eodem modo. Robertus de Borewarescot' distingatur pro assisa.

xij d. Theþingmannus de Blunt' sancti Andree venit eodem modo. Henricus Sort distingatur pro assisa. Distingatur pro concelemento hutesii.

xvj d. Theþingmannus de Brodeblunt' venit eodem modo.

vij s. x d. Theþingmannus de Buribluntesdon' venit eodem modo. Dominus J. Golafr' distingatur pro defalta ad laweday eo quod fecit pacem pro secta. Johannes le Wolf distingatur pro assisa ad domum Henrici Hereberd.

ij s. Theþingmannus de Lost' venit eodem modo. Ricardus le Wayte distingatur pro assisa.

ij s. Theþingmannus de Hampton' venit eodem modo et presentat quod fovea de novo fodiatur inter dominum Ricardum de River' et Thomam Mand' ad nocumentum et injuste. Unde summoneantur.

xij d. Theþingmannus de Westrop venit eodem modo. Henricus de Wadele distingatur pro assisa. Jacobus Rolves eodem modo.

xij d. Theþingmannus de Fersedon' venit eodem modo.

iiij s. xj d. ob. Theþingmannus de Estrop venit eodem modo. Johannes Prat distingatur pro defalta.

ij s. Theþingmannus de Merston' venit eodem modo.

vij s. Theþingmannus de Nutherestraton' venit eodem modo. Johannes Cerle distingatur pro assisa. Radulfus Rossel distingatur pro marisco fodiato.

Theþingmannus de Overestraton' venit eodem modo et presentat quod J. de Harnhull¹ levavit hutesium super Radulfum Rossel. Unde attachietur.

Ricardus filius Ricardi Sever' attachietur eo quod est extra assisam.

ij s. De hominibus de Wydihull' pro loveselver.

ij s. De hominibus de Mordon' pro eodem.

**104 [m. 4] HUNDREDUM DE WURTH' DIE MERCURII [2 Dec.]
PROXIMA POST FESTUM SANCTI ANDREE ANNO [REGNI]
REGIS EDWARDI XI**

ESSONIE

Theþingmannus de Lydiard² per Henricum le Bedel de communi.³

Prior Stephanus de Farleye per Johannem de Brome versus Walterum molendinarium de placito vetiti namii.

Rogerus de la Bur' per Petrum de Hoka versus Waleranum filium Petri Wal' de placito capcionis averiorum et omnibus aliis.

Alicia de fonte per Walterum Keyne versus eundem de eodem.

Johannes Somery per Robertum Sireborn' versus eundem de eodem.

Galfridus de Lane per Reginaldum Ince versus eundem de eodem.

Tenementum Thome Boveton distingatur pro defalta. Dominus Robertus de Meysy distingatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad laweday.

Persona de Lydiard qui est districtus summoneatur eo quod essoniatur.

Tenementum quod fuit Johannis de Norton' distingatur pro defalta.

Agnes le Bedel distingatur respondere Emme le Skinnar'.

Waleranus Peris, Rogerus de la Bur' et ceteri summoneantur eo quod essoniatur ut supra.

Walterus molendinarius et prior de Farleye et ceteri summoneantur ut supra eo quod est in respectu propter essoniam prioris.

Theþingmannus de Stanton' distingatur pro concelemento.

Johannes Wrench ponatur per meliores plegios pro defalta et plegii sui summoneantur audire judicium eo quod non habuerunt ad prosequendum versus Edmundum Gregor' unde recessit sine die.

vj d. Johannes de Colshull' in mis' pro assisa. *vj d.* Robertus de Borewarescot' eodem modo. *vj d.* Henricus Sort eodem modo.

Fecit legem. Theþingmannus de Blunt' sancti Andree vadiat legem contra ballivos quod ipse nec aliquis de theþinga sua scivit de hutesio levato inter Johannem Wrench et Walterum fratrem suum ante lawday. Plegii de lege Walterus de fonte, Henricus Duuk.

Theþingmannus de Brodeblunt' vadiat legem contra ballivos quod ipse nec aliquis de theþinga sua scivit de parco fracto unde possint facere concelementum. Plegii de lege Johannes le Nywe et Rogerus.

¹ MS. Ric' struck out, followed by Eborard' J. de Harnhull'.

² None of the names of those essoined has a mark in the left margin.

³ Below de communi is written De servicio domini regis.

Dominus Johannes Waler' distringatur respondere de eodem parco fracto.
vj d. Johannes le Wolf in mis' pro assisa.

vj d. Willelmus diaconus in mis' pro trans' facta Henrico Arnald. Plegius
 [].

ij s. De Johanne de Escot' pro secta.

xij d. De Juliana que fuit uxor Ricardi Costard pro eodem.

vj d. Ricardus le Wayte de Lost' in mis' pro assisa.

ij s. De Thoma de Mandevil' pro secta.

Dominus Ricardus de ripariis distringatur respondere de fovea levata de
 novo inter Thomam de Mandevil' et ipsum eo quod non venit per sum-
 monicionem et idem Thomas summoneatur eo quod essoniatur ut supra.

vj d. Henricus de Wadel' in mis' pro assisa. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo.

vj d. Johannes Cerle eodem modo.

Tenementum quod fuit Walteri Bussop distringatur pro defalta.

Radulfus Rossel petit visum de marisco fodato et concessum est. Unde
 videatur per liberos et vicinos citra proximum.

Waleranus filius Petri querit de Rogero de la Bur'. Plegii prosequendi
 Johannes Peg et Walterus niger.

vj d. Ricardus filius Ricardi Sever' in mis' quia est extra assisam. Plegius
 theþingmannus de Stratton'.

vj d. Johannes filius Eborardi de Harnhull' in mis' pro trans' facta Radulfo
 Rossel. Plegius Johannes le Nywe.

Agnes Coc distringatur pro assisa. Ysabella Car'. Henricus Coc distringatur
 pro assisa. Matilda Colat eodem modo.

Theþingmannus de Mordon' cum tota theþinga distringatur respondere de
 concelemento ad laweday eo quod noluit respondere de quodam inpriso-
 nato.

Denisia de mora distringatur pro assisa.

105 [m. 5] HUNDREDUM DE WURTH' DIE MERCURII [23 Dec.] PROXIMA ANTE NATALE ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XI

Theþingmannus de Wydihull'¹ per Ricardum le King de communi.

Henricus pistor per Hugonem Oprist versus Willelmum Saillefest' de placito
 trans'.

Reginaldus Ince per Johannem novum versus ballivos de una lege facienda.

Agnes que fuit uxor Allexandri le Palmer' distringatur respondere ballivis
 eo quod asportavit fenum contra inhibicionem domini et ballivorum
 suorum.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu. Et theþingmannus
 ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento.

Thomas Boveton distringatur pro defalta. Tenementum Johannis de Norton'
 eodem modo.

¹ *None of the names of those essoined has a mark in the left margin.*

Agnes le Bedel et Emma le Skinnar' distringantur pro hutesio levato.
 Johannes Wrench et Johannes le Reve plegii Johannis Wrench distringantur
 respondere eo quod non habuerunt Johannem Wrench filium ejusdem
 quem plegiaverunt.

Questus Walterus molendinarius de Roberto Blech et Thoma filio suo quod
 ipse Robertus cepit et fecit capere unum jumentum rubeum precii x s. die
 Mercurii in festo apostolorum Simonis et Jude in marisco de Thoutmerston'
 coram domo ejusdem Roberti ad horam prime et ad domum suam fugavit
 et ibi detinuit die Veneris sequenti ad horam prime contra vadum et
 plegium usque diem Sabati sequentem horam prime quando liberari fecit
 per ballivum domini regis ad dampnum et pudorem xl s. et habuit sectam.
 Idem Robertus defendit verba placiti et dicit quod predicto die et loco predic-
 tum jumentum non cepit nec capere fecit per predictum Thomam nec
 predicto die Veneris nec hora contra vadum et plegium non tenuit.
 Promptus facere et vadat legem. Plegii de lege Walterus de Wyka,
 Johannes Poynnant.

Stephanus prior de Farleye distringatur pro defalta et plegii sui Stephanus
 Warde et Willelmus Sculhard summoneantur audire judicium et respondere
 Waltero molendinario.

Datus est dies amoris inter Robertum de molendino et Willelmum Saillefest'.
 Theþingmannus de Brodebluntesdon' summoneatur facere legem.

Persona de Lydiard ponit se super inquisitionem liberorum quod nullum iter
 fuit ubi fodiavit nec aliquod injuste fecit. Unde videatur.

Dominus Johannes Walerand summoneatur respondere ballivis de parco
 fracto.

Radulfus Rossel distringatur pro defalta et respondere de marisco fodiato.
 Et interim videatur.

vj d. Agnes Coc in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Coc in mis' pro eodem. *vj d.*
 Matilda Colat in mis' pro eodem. *vj d.* Denisia de mora in mis' pro eodem.
 Robertus Godchep distringatur pro defalta.

Theþingm' de Mordon' summoneatur respondere de concelemento.

Tenementum Walteri le Bussop distringatur pro defalta ut prius.

Willelmus Wride distringatur pro assisa. Thomas Malger eodem modo.
 Relicta Willelmi Warin pro defalta. Adam Gilebert eodem modo. Jacobus
 Rolves eodem modo pro assisa. Juliana Aleyn eodem modo. Felicia de
 Stratton eodem modo.

Preceptum est quod Henricus ballivus habeat braciatores prioris de Farleye
 ad proximum.

Rogerus de la Bur' distringatur pro defalta. Galfridus de Lane distringatur
 pro defalta et plegii sui summoneantur audire judicium.

xij d. Phelippus de Gay in mis' pro defalta tenimenti Johannis de Norton'.
 Willelmus de Stretende querit de Phelippo de Swindon'. Plegius prosequendi
 Johannes de porta. Unde distringatur respondere.

Summa iij s.

**106 HUNDREDUM DE WURTH' DIE LUNE [18 Jan.] PROXIMA
POST FESTUM SANCTI YLLARII ANNO [REGNI] REGIS
EDWARDI XI**

Walterus molendinarius¹ per Walterum Everard versus Robertum Blech de una lege facienda.

Willelmus Saillefest' per Willelmum de Berton' versus Henricum pistorem de placito trans'.

Idem Willelmus per Henricum le Bedel versus Robertum filium Petri de placito trans'.

vj d. Radulfus Rossel in mis' pro marisco fodiato. Plegius senescallus.

xij d. Willelmus Sculhard in mis' quia non habuit priorem de Farleye.

Stephanus Warde in mis' pro eodem. Plegius alter alterius et idem prior ponatur per meliores plegios.

Dominus Robertus de Meysi districtus pro recursu per plura distringatur. Theþingmannus de Esteton' pro defalta ad laweday.

ij s. Reginaldus Ince theþingmannus de Blunt' cum tota theþinga in mis' pro concelemento parci fracti.

Thomas Boveton distringatur pro defalta. Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento.

Agnes le Bedel et Emma le Skinnar' distringantur pro hutesio.

vj d. Galfridus de la Lane in mis' pro se et pro plegiis. Plegius Rogerus [].

Johannes le Reve vadat legem contra ballivos quod non fuit plegius Johannis Wrench. Plegius de lege Willelmus Wissond.

Johannes Wrench distringatur respondere eo quod non habuit Johannem filium suum quem plegiavit.

Robertus le Blech summoneatur facere legem Waltero molendinario.

Robertus de molendino et Willelmus Saillefest et Henricus pistor summoneantur sequi placitum.

Persona de Lydiard summoneatur pro inquisicione audienda de via fodiata et inquisicio summoneatur.

Robertus Godcep distringatur pro defalta ut prius.

vj d. Alicia le Bussop in mis' pro defalta.

Datus est dies amoris inter Waleranum Peris, Rogerum de la Bury, Aliciam de fonte, et Johannem Somery usque proximum.

vj d. Willelmus Wride in mis' pro assisa. *vj d.* Thomas Malg' in mis' pro assisa.

vj d. Jacobus Rolves in mis' pro eodem. *vj d.* Juliana Aleyn in mis' pro eodem. *vj d.* Felicia de Stratton' in mis' pro eodem.

Relicta Willelmi Waryn distringatur pro defalta ut prius.

Phelippus de Swindon' distringatur respondere Willelmo de Stretend'.

Inquisicio summoneatur de Hampton' et Estrop et Westrop de vomeribus furatis.

Agnes de mora distringatur respondere ballivis ut supra.

¹ Names of all those essoined have a dot in the left margin.

Willelmus Saillefest' querit iterum de Henrico pistore. Plegii prosequendi
Ricardus de Lech et Ricardus filius Hugonis. Plegius respondendi W. de
Legeled'.

Johannes de Colshull' distingatur pro assisa. Agnes Badecok eodem modo.
Willelmus Colet eodem modo. Johannes Feuelyn distingatur pro assisa.

Braciatores prioris de Farleye attachientur contra proximum.

Johannes Smart distingatur pro assisa.

Willelmus Bevine distingatur facere emendas Thome de Mandevil' prout
concederatum in hundredo.

Nigellus Alisandr' distingatur respondere eo quod effusit sanguinem de
Radulfo Rossel die Mercurii proxima post Translacionem beati Thome
martiris prout inquisitum fuit per xij juratos.

Braciatores de ospitali distingantur pro assisa.

Summa vij s.

107 HUNDREDUM DE WURTH' DIE MERCURII [10 Feb.] IN FESTO SANCTE SCOLASTICE ANNO REGNI REGIS EDWARDI XI

ESSONIE

Walterus le Bedel¹ per Johannem Wolson versus Robertum fabrum de placito
trans'.

Theþingmannus de Lydiard per Henricum le Bedel versus ballivos.

Henricus pistor per Willelmum de ponte versus Willelmum Saillefest' de
placito trans'.

Johannes de Stretford persona de Lydiard per Ricardum caretarium versus
ballivos de placito trans'.

Willelmus Ostude per Johannem Ostude versus Aliciam Sweyn de Mordon'
de placito trans'.

[m. 6] Petrus de Walecot' petit visum de via estopiata prout presentatum fuit
per theþingmannum.

vj d. Willelmus Saillefest' in mis' pro trans' facta Roberto de molendino.
Plegius Ricardus de Lech.

Dominus Robertus de Meussy distingatur pro recursu. Theþingmannus ejus-
dem ville pro defalta ad laweday.

Theþingmannus de Stanton' distingatur pro concelemento silicet ponatur in
respectu pro proteccione domini regis.

Thomas Boveton distingatur pro defalta.

Condonatur. Phelippus de Swyndon' in mis' pro trans' facta Willelmo de
Stretende. Plegius [].

vj d. Walterus molendinarius in mis' quia defecit de querela sua versus
Robertum Blech unde fecit legem. Plegius Galfridus de Mandevil'.

Prior de Farleye ponatur per meliores plegios respondere Waltero molen-
dinario eo quod est districtus per vj averia et non justificatur.

Johannes le Reve distingatur pro defalta eo quod vadivavit legem.

¹ Names of all those essoined have a dot in the left margin except Johannes de Stretford.

- xij d.* Ricardus Champeneys in mis' quia non habuit Johannem Wrench.
Johannes Wrench in mis' pro eodem. Plegius alter alterius.
- xij d.* Ricardus filius Hugonis in mis' quia defecit de demanda sua unius bidentis. Plegius Ricardus de Lech.
- Robertus Godchep distringatur pro defalta.
- Persona de Lydiard summoneatur ut prius.
- xij d.* Rogerus de la Bur' in mis' quia retraxit se de querela sua versus Waleranum Perys.
- xij d.* Johannes Somery in mis' pro eodem. *xij d.* Alicia de fonte in mis' pro eodem.
- vj d.* Waleranus Perys in mis' quia retraxit de querela versus Rogerum de la Bur'.
- Agnes de mora que est districta summoneatur respondere ballivis.
- Willelmus Saillefest' et Henricus pistor summoneantur sequi placitum.
- Relicta Willelmi Waryn distringatur pro defalta ut prius.
- vj d.* Johannes de Colshull' in mis' pro assisa. *vj d.* Agnes Badecok eodem modo. *vj d.* Willelmus Colet eodem modo. *vj d.* Johannes Smart eodem modo. *vj d.* Johannes Feuelyn eodem modo.
- Nigellus Alisandr' qui est districtus summoneatur eo quod est infirmus ad respondendum ballivis.
- Braciatores prioris de Farleye et de ospitali distringantur venire ad proximum.
- xij d.* De Rogero de Temple atornato magistri Galfridi Haspald pro secta sua usque festum sancti Michaelis.
- xij d.* De tenemento Walteri le Bussop pro secta sua usque festum sancti Michaelis. Plegius Robertus Scarlet.
- Johannes dame Alys de Mordon' querit de Willelmo de Hostude et ipse essoniatur. Plegii prosequendi Robertus de Rostehal' et Stephanus Thorteyn. Plegii respondendi theþingmannus de Mordon' et Johannes Roberd.
- Robertus faber querit de Waltero le Bedel et ipse essoniatur. Plegius prosequendi Willelmus Tinecar'. Plegii respondendi Johannes Wolson et Johannes Thothern'.
- Henricus Sort distringatur pro assisa. Blissot' Kinges eodem modo. Margeria faber eodem modo. Agatha la Wayte eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Emma Skinnar' eodem modo.
- vj d.* De relicta Willelmi Waryn pro secta sua usque [festum] sancti Michaelis.
- Summa xj s. vj d.*

108 [m. 7] HUNDREDUM DE WURTH' DIE LUNE [15 Mar.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI GREGORII ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XI

ESSONIE []¹

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu ut supra. Theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

¹ Essonie written in the left margin but none is entered.

Theþingmannus de Stanton' pro protexione domini regis in respectu.
 Thomas Boveton' distringatur pro defalta.
 Petrus de Walecot' habet respectum usque proximum hundredum de via
 estopiata. Unde summoneatur.
vj d. Johannes le Reve in mis' quia defecit de lege sua prius vadiata. Plegius
 Jacobus Sprot.
 Robertus Godcheper distringatur pro defalta. Persona de Lydiard summon-
 eatur.
 Willelmus Saillefest' et Henricus pistor habent diem amoris unde summon-
 eantur sine essonia.
 Nigellus Alisandr' summoneatur qui est districtus eo quod est infirmus.
vj d. Agnes de mora in mis'.
xij d. Johannes dame Alys de Mordon' in mis' quia defecit de querela sua
 versus Willelmum de Houstude. Plegius Robertus Rosteshal'.
 Braciatores prioris de Farley et de ospitali distringantur ut prius.
vj d. Henricus Sort in mis' pro assisa. *vj d.* Blissot' Kinges eodem modo.
vj d. Margeria faber eodem modo. *vj d.* Agatha la Wayte eodem modo.
vj d. Jacobus Rorves eodem modo. *vj d.* Emma le Skinnar' eodem modo.
 Prior de Farleye ponatur per meliores plegios ad respondendum Waltero
 molendinario. Et ipse summoneatur.
 Theþingmannus de Buriblunt' manucapit habere Nicholaum Porwey eo quod
 est extra assisam.
 Walterus le Bedel et Robertus faber ponunt se super inquisitionem unde
 theþinge de Stratton summoneantur.
 Willelmus Wride distringatur pro assisa. Felicia de Stratton'. Henricus
 aucuparius eodem modo. Willelmus Bide distringatur pro defalta.

Summa v.s.

109 HUNDREDUM DE WURTH' DIE MERCURII [7 Apr.] PROXIMA ANTE PASCA FLORIDUM ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XI

ESSONIE

Robertus¹ filius Matilde Gode per Johannem Poynant versus Robertum le
 Wilde de placito trans'.
 Agnes le Bedel per Johannem de Fardon' versus Julianam Thothern' de
 placito trans'.
 Walterus le Bedel per Ricardum Lucy versus Robertum fabrum de placito
 trans'.
 Johannes le Thothern' per Thomam Frankeleyn versus Ricardum Lucy et
 Thomam Lucy de placito trans'.
 Henricus le Pipar' per Thomam Lucy versus Johannem le Frye de Meyndon'
 de placito trans'.
 Robertus faber de Stratton' per Warinum filium Petri versus Thomam Lucy
 de placito trans' et omnes alios.

¹ Robertus filius Matilde Gode, Johannes le Thothern' and Robertus faber have a dot in
 the left margin.

Robertus faber idem per Willelmum Tinekar' versus Ricardum Lucy de placito trans'.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu ut prius. Theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

Theþingmannus de Stanton' pro protexione domini regis in respectu.

Thomas Boveton' distringatur pro defalta.

Petrus de Walecote habeat visum de via estopiata. Unde ponit se super liberos homines.

Robertus Godchep distringatur pro defalta.

Persona de Lydiard distringatur pro defalta et respondere de via estopiata ut prius.

Nigellus Alisandr' summoneatur respondere ballivis eo quod est infirmus.

vj d. Willelmus Saillefest' in mis' pro trans' facta Henrico pistori. Plegius Ricardus de Lech'.

ij s. Walterus molendinarius in mis' pro se et pro plegiis suis eo quod retraxit se de querela sua versus priorem de Farleye. Plegius Galfridus de Mandevil'.

Prior de Farleye distringatur pro pluribus defaltis ut prius.

Braciatores prioris de Farleye et de ospitali distringantur pro assisa.

xij d. Theþingmannus de Buriblunt' cum tota theþinga in mis' quia ceperunt extraneum in theþinga sine hundredo.

vj d. Willelmus Wryde in mis' pro assisa. *vj d.* Felicia de Straton' eodem modo.

vj d. Henricus aucuparius eodem modo.

Thomas le Kerisse distringatur respondere Thome David. Plegius prosequendi Willelmus de fonte.

Robertus faber querit de Ricardo Lucy et Thoma Lucy. Plegius prosequendi Willelmus Tinekar'. Plegius respondendi Johannes theþingmannus.

Johannes de Colshull' distringatur pro assisa. Walterus de Mordon' eodem modo. Robertus de Borewarescot' eodem modo. *Condonatur:* Alicia Alebost eodem modo. Juliana Felip eodem modo. *Condonatur:* Ysabella Caretter' eodem modo. Galfridus messor eodem modo. Agatha Wayte eodem modo. Matilda Colat eodem modo. Jacobus Rolves.

Henricus pistor vadiat legem contra Matildam Scot quod non percussit hostium suum nocturno tempore die Lune proxima ante medianam Quadragesimam.¹ Plegius de lege Galfridus de Mandevil'.

Robertus Gode querit de Roberto le Wilde. Plegius prosequendi Willelmus Sculhard. Plegius respondendi Walterus de Wika.

Juliana le Thoþern' querit de Agnete le Bedel. Plegius prosequendi Johannes Wolson'. Plegius respondendi Henricus caretarius.

Ema le Skinnar' distringatur pro assisa. Felicia de Straton' eodem modo. Thomas Champeneys distringatur pro defalta.

Summa v.s.

¹ MS. medium xlma.

**110 [m. 8] HUNDREDUM DE WORTH DIE LUNE [3 May] PROXIMA
POST HOCKEDAY QUOD DICITUR LAWEDAY ANNO XI**

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta.

De theþingmanno de Stanton' in respectu pro protexione domini regis.

Thomas Boveton distringatur pro defalta. Robertus Godchep distringatur pro defalta.

Persona de Lydiard in mis' pro defalta et via estopiata. Plegius Thomas de la Hyde.

vj d. Martinus famulus Willelmi de Losteshull' in mis' pro trans' facta Agneti Harding. Plegius Willelmus Harding.

Nigellus Alisandr' summoneatur eo quod est infirmus.

Datus est dies amoris inter Robertum Gode querentem et Robertum le Wilde defendantem usque proximum. Unde summoneantur.

Prior de Farleye distringatur pro defalta ut prius.

Johannes le Bedel et Agnes le Bedel qui sunt districti pro assisa per plegium Johannis de cruce et Johannis le Thothern' ponantur in respectu usque proximum eo quod sunt de ospitali. Unde summoneantur.

Petrus de Walecot' ponit super inquisitionem liberorum hominum quod non estopavit viam prout tota theþinga dicebat. Unde ponatur in respectu.

Theþingmannus persone de Worth' distringatur pro defalta eo quod non fuit presens quando alie theþinge audierunt capitula.

Thomas le Gerisse vadiat legem contra Johannem David quod ipsum non percussit nec malefecit unde habuit necesse levare hutesium die Dominica proxima ante Purificacionem beate Marie anno xj inter villam de Blunt' Gay et ecclesiam. Plegius Johannes Alebost.

Ricardus Lucy vadiat legem contra Robertum fabrum et Johannem le Thothern' quod die Lune proxima post festum sancti Gregorii ad horam vespere in vico quod vocatur Beggebur' ipsos non percussit nec aliquod malum eis fecit set dicit quod ipsi Robertus et J. ipsum verberavit cum uno arcu de ywe et idem non ipsos ad dampnum nec pudorem xx s. Plegius de lege Johannes de Okeborn'.

Thomas Lucy vadiat legem contra eundem Robertum prout idem Ricardus. Plegius de lege Johannes de Okeborn'. Unde summoneantur.

Thomas Champeneys melius distringatur pro defalta. Robertus de Abendon' distringatur pro defalta.

vj d. Johannes de Colshull' in mis' pro assisa. vj d. Walterus de Mordon' in mis' pro eodem. vj d. Robertus de Borewarescot' eodem modo. vj d. Galfridus messor eodem modo. vj d. Agatha la Wayte eodem [modo].

vj d. Matilda Colat eodem modo. vj d. Jacobus Rolves eodem modo. vj d. Emma le Skinnar' eodem modo. vj d. Felicia de Straton' eodem modo.

Henricus le Pipar' vadiat legem contra Johannem le Frankeleyn quod non precabatur ipsum esse plegium suum versus Thomam de Seyn Vigor de xij s. quos deberet solvere, in festo Purificacionis beate Marie anno xj viij s. et ad Pasca Floridum v s., et quod ipsum non sivvit incurrire de plegiagio ad dampnum et pudorem xx s. prout ei inposuit. Plegius de lege [].

vj d. Agnes le Bedel in mis' pro trans' facta Julianae Thothern'. Plegius Waleranus Peris.

Dominus Johannes de Meysy querit de domino Roberto de Meysy, Alexandro Molner, Willelmo le Wowar', Nicholao Berd, Hugone David, et Roberto messore et Roberto armigero dicti domini Roberti. Plegii prosequendi Willelmus Barat et Johannes Rychon. Unde alii distringantur respondere. Walterus clericus querit de Willelmo Saillefest'. Plegii prosequendi Willelmus de Lechelad' et Willelmus de Hull'. Plegii respondendi Johannes Scot et Walterus de Lechelad'.

Sunima v s. vj d.

WEREDICTUM THEÞINGMANNORUM

Theþingman de Stanton' venit ad laweday sicut solet se quarto et nichil presentat.

ij s. Theþingmannus de Hanendon' venit eodem modo et nichil presentat et dat ut supra.

ij s. j d. Theþingmannus persone de Worth' venit eodem modo et nichil presentat. *Non venit.*

xij d. Theþingmannus de Yngelesham venit eodem modo.

ijj s. Theþingmannus de Lydiard venit eodem modo et nichil presentat. Henricus de Stivechale distringatur pro defalta.

ij s. Theþingmannus de Swindon' venit eodem modo et nichil presentat.

xxij d. Theþingmannus de Mordon' venit eodem modo. Johannes de Colshull' distringatur pro assisa. Robertus Julian' distringatur pro defalta (*languidus*). Agnes la Bruthe distringatur pro hutesio levato.

ijj s. xj d. ob. Theþingmannus de Wydihull' venit eodem modo. Alicia Alebost distringatur pro assisa. Johanna le Palmere eodem modo.

xij d. Theþingmannus de Bluntesdon' sancti Andree venit ad laweday sicut solet et presentat quod Jacobus le Brag fregit parcum. Unde distringatur. Ysabella le Brag distringatur pro assisa. Henricus Sort eodem modo.

ij s. viij d. Theþingmannus de Brodebluntesdon' venit eodem modo. Walterus molendinarius distringatur pro via regali fodiata et Johannes Wissid' pro fovea fodiata super viam regalem prout presentatum. Agnes Badecoc distringatur pro assisa. Henricus Coc eodem modo.

iiij s. Theþingmannus de Buribluntesdon' venit eodem modo. Willelmus Blanchard facit defaltam et habeat ad proximum.

ij s. Theþingmannus de Losteshull' venit eodem modo. Agatha la Wayte distringatur pro assisa.

[m. 9] *iiij s.* Theþingmannus de Hampton' venit eodem modo. Vicarius de Worth' distringatur eo quod retinet unum vomer furatum.

ij s. Theþingmannus de Westrop venit eodem modo. Henricus de Wadele distringatur pro assisa. Distingatur pro concelemento j muri levati.

vij s. vj d. Theþingmannus de Estrop venit ad laweday et nichil presentat.

xxj d. Theþingmannus de Fersedon' venit eodem modo et dat ut supra et nichil presentat.

iiij s. Theþingmannus de Merston' venit eodem modo et nichil presentat. Braciatores prioris de Farleye distringantur pro assisa.

vijj s.¹ Theþingmannus de Nutherestraton' venit eodem modo et Denisia de mora distringatur pro assisa. Distringatur pro concelemento marisci fodati.

Theþingmannus de Overestraton'. Adam Balle summoneatur habere Johannem Wride bercarium eo quod fugavit bidentes de domo sua nocturno tempore. Et distringatur pro concelemento marisci fodati.

ij s. De theþinga prioris de Farleye ut supra.

Rogerus le Pipar' distringatur respondere de marisco fodato. Amicia Lockes eodem modo. Ricardus de Harnhull' eodem [modo]. Eborardus le Nywe eodem modo. Walterus de Harnhull' eodem modo. Radulfus Rossel eodem modo et fecit purpresturam. Willelmus Chepman eodem modo. Henricus Wride. Henricus Edrych eodem modo. Rogerus le Hore eodem modo. Nigellus Alisandr' eodem modo. Johannes de Merewelesse pro muro levato in marisco. Willelmus de la Drove pro marisco fodato. Thomas Ude eodem modo. Juliana vidua eodem modo.

III HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [26 May] IN VIGILIA ASSENCIONIS ANNO REGNI REGIS EDWARDI XI

Adam de la Putte² per Rogerum le Hore versus Johannem novum de Overestraton' et Johannem Avenel et omnes alias de placito trans'.

Thomas le Gerisse per Walterum Gerisse versus Thomam David de una lege facienda.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad laweday.

De theþinga de Stanton' in respectu pro protexione domini regis.

Thomas Boveton' distringatur pro defalta. Robertus Godcheper melius distringatur pro defalta.

Johannes de Widihull' qui est districtus pro defalta Thome Boveton invenit plegium sanandi silicet Jacobum le Palm'. Unde summoneatur. Matilda Ailward districta pro eodem per plegium Thome le Blund summoneatur.

Nigellus Alisandr' summoneatur respondere ballivis eo quod est infirmus.

ij s. Dominus Johannes de Meysy in mis' quia defecit de querela sua versus dominum Robertum de Meysy. Plegii Willelmus Pinnok, Johannes Richun.

Prior de Farleye melius distringatur pro defalta.

Loquela que tangit Johannem le Bedel et Agnetem le Bedel pro assisa in respectu eo quod sunt de ospitali et braciatores ejusdem distringantur pro assisa.

Petrus de Walecot' qui posuit se super inquisitionem de via estopiata ponitur in respectu usque proximum.

vj d. Robertus le Wilde in mis' pro trans' facta Roberto Gode. Plegius Robertus de Berton'.

¹ vijj s. shared with Over Stratton.

² Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

Thomas Gerisse summoneatur facere legem versus [].

iij d. Thomas Lucy in mis' quia defecit de lege sua versus Robertum fabrum et Johannem Thothern'. Plegius Henricus Edrich.

xij d. Robertus faber et Johannes le Thothern' in mis' pro falsa querela versus Ricardum Lucy eo quod fecit legem. Plegius [].

Thomas Champeneys distingatur pro defalta.

Condonatur quia pauper. Johannes le Frankeleyn in mis' pro falsa querela versus Henricum le Pipar'. Plegius [].

xij d. Walterus clericus in mis' pro trans' facta Willelmo Saillefest'. Plegius Ricardus de Lech'.

vj d. Johannes de Colshull' in mis' pro assisa. Johannes le Brut distingatur pro redempcione latrocini.

ij s. Theþingmannus de Mordon' in mis' cum tota theþinga pro concelemento.

vj d. Alicia Alebost in mis' pro assisa.

xij d. Henricus de Stivechale in mis' pro defalta ad laweday. Plegius Henricus niger.

vj d. Jacobus le Brag in mis' pro parco fracto. Plegius Willelmus Wisson.

vj d. Ysabella le Brag in mis' pro assisa.

vj d. Henricus Sort in mis' pro eodem. Johannes Wisside summoneatur pro via fodiata eo quod essoniatur.

Walterus molendinarius calumpniatur de via fodiata. Unde petit visum et videatur. Et summoneatur.

vj d. Henricus Coc in mis' pro assisa.

vj d. Willelmus Blanchard in mis' pro defalta ad laweday. Plegius [].

vj d. Agatha le Wayte in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus de Wadele in mis' pro eodem.

Theþingmannus de Merston' distingatur pro defalta eo quod non fuit presens.

Theþingmannus de Westrop petit visum quod murus non levatur super iter regale unde potuisset fecisse concelementum. Et videatur et summoneatur.

Braciatores prioris de Farleye distingatur pro assisa.

vj d. Denisia de mora in mis' pro assisa.

Theþingmannus de Overestratton' petit visum dicendo quod mariscus de Stratton' non fodiatur unde potuit fecisse concelementum. Et per liberos videatur.

Theþingmannus de Nutherestratton' eodem modo.

Dominus J. Golaf's' summoneatur invenire theþingmannum.

xij d. Adam Balle in mis' quod non habuit Johannem Wride bercarium suum manupastum suum ad respondendum eo quod fugavit bidentes nocturno tempore ut supra.

Rogerus le Pipar' et ceteri prescripti petunt visum de marisco fodiato. Unde videatur per liberos.

Johannes Avenel querit de Ada de Putte et Willelmo de Strette. Plegius prosequendi Johannes Wolson. Plegius respondendi de Ada de Putte Johannes Poynnant et dictus Willelmus distingatur respondere.

Henricus de Wadele distingatur pro assisa. Theþinga de Estrop et Hampton' omnes distingantur eo quod non fuerunt prosecuti hutesium.

Felisia de Straton' distringatur pro assisa. Emma le Skinnar' eodem modo.
 Walterus Gast pro defalta. Willelmus Finch pro defalta.
Summa xij s. ix d.

112 [m. 10] HUNDREDUM DE WORTH' DIE JOVIS [17 June] POST TRINITATEM ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XI

ESSONIE

Petrus de Walecot¹ per Johannem Ude versus ballivos de placito trans'.
 Ricardus caretarius per Henricum aucuparium versus Willelmum Cole de placito trans'.

Condonatur. Johannes Avenel in mis' pro trans' facta Ade de Putte. Plegius [].

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

De theþingmanno de Stanton' in respectu pro protexione domini regis.

Thomas Boveton melius distringatur pro defalta et ipsi qui sunt districti ut prius ponantur in respectu. Unde summoneantur.

xij d. Robertus Eliot in mis' pro defalta Roberti Godchep et idem tenementum melius distringatur pro defalta. Plegius Robertus messor.

Prior de Farley melius distringatur ut prius. Vadiat inferius.

Loquela que tangit Johannem le Bedel et Agnetem le Bedel in respectu usque Gulam Augusti. Et de braciatoribus ospitalis.

Petrus de Walecot' summoneatur habere inquisitionem de via estopiata.

x s. Robertus longus in mis' quia retraxit de querela sua versus Henricum de Hynton'. Plegius Robertus de Berton'.

Johannes David distringatur pro defalta unde Thomas le Kerisse recessit quietus sine die et [].

Johannes le Brut summoneatur respondere de redempcione latrocinii.

Johannes Wisside petit visum de via fodiata et habeat. Unde videatur et summoneatur.

xij s. iiiij d. Prior de Farley in mis' pro pluribus defaltis. Plegii Robertus Blech et Willelmus Crom'.

vij d. Theþingmannus de Merston' in mis' pro defalta eo quod non fuit statim presens.

Walterus molendinarius distringatur respondere pro defalta ad respondendum de via fodiata que videatur.

Theþingmannus de Westrop summoneatur qui petiit visum de muro levato super iter regale. Qui condempnatus per visum summoneatur respondere de concelemento.

Braciatores prioris de Farleye distringantur pro assisa.

ij s. viij d. Theþingmannus de Nutherestratton' cum tota decena in mis' pro concelemento.

¹ Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

iiiij s. Theþingmannus de Overestraton' in mis' pro eodem. Dominus Johannes Golaf'r distringatur invenire theþingmannum.

vj d. Rogerus le Pipar' in mis' pro marisco fodiato. Plegius [].

xij d. Thomas le Gast in mis' pro defalta. Willelmus Finch in mis' pro eodem. Plegius alter alterius.

Theþingmannus de Hampton' vadiat legem contra ballivos quod prosecutus fuit hutesium et monstravit ballivis debita forma. Plegius de lege Ricardus Twychene.

Walterus Eme vadiat legem contra ballivos quod ipse nec aliquis de theþinga sua scivit de hutesio levato in Estrop.

xij d. Johannes Castel theþingmannus in mis' cum tota theþinga eo quod non fuerunt prosequuti hutesium.

vj d. Henricus de Wadele in mis' pro assisa. *vj d.* Felicia de Stratton' in mis' pro eodem.

Ricardus de Harnhull' vadiat legem quod non injuste fodiavit mariscum. Plegius de lege [].

vj d. Robertus Bide in mis' pro trans' facta Juliane Stanford. Plegius Rogerus Dayberd.

xij d. Radulfus le Rede in mis' pro marisco fodiato. Plegius Rogerus Pipar'.

vj d. Willelmus Chepmann in mis' pro eodem. Plegius Ricardus de Harnhull'.

xij d. Henricus Wride in mis' pro eodem. Plegius Willelmus de la Drove.

vj d. Henricus Edrich in mis' pro eodem. Plegius Henricus Wride.

vj d. Rogerus le Hore in mis' pro eodem. Plegius Nigellus Alisandr'. *vj d.* Nigellus Alisandr' in mis' pro eodem. *xij d.* Johannes de Morewelese in mis' pro eodem. *vj d.* Thomas Ude in mis' pro eodem. *vj d.* Juliana vidua in mis' pro eodem. Plegius alter alterius.

Dominus Willelmus de Blunt' summoneatur invenire theþingmannum.

Johannes de Colshull' distringatur pro assisa. Henricus Sort eodem modo. Henricus Coc eodem modo.

Theþingmannus de Buriblunt' et tota theþinga summoneantur pro hutesio non prosequuto et Rogerus Lassciwe attachietur pro eodem.

Matheus de Lost' distringatur pro assisa.

Margeria Champeneys distringatur respondere eo quod fecit liberari unum bovettum Thome le Gast sibi traditum per ballivos sine licencia ballivi.

vj d. Ricardus Dayberd in mis' pro recursu facto. Plegius Johannes Castel.

Theþingmannus de Stratton' presentat quod abbunde sunt remote. Unde inquirat per quos.

Willelmus de Chelesworth' attachietur respondere eo quod levavit hutesium et fugavit. Et Johannes filius Willelmi de angulo et Robertus filius Thome Ude eodem modo.

Robertus de molendino distringatur respondere de placito contra ballivos non obtento.¹ *Pertinet.*

iiiij s. De Eborado de Harnhull' ut supra pro auxilio ballivorum habendo.

Summa xlviij s.

¹ MS. obpento. *The matter probably concerned the court of Sevenhampton but is not recorded in the surviving rolls.*

113 [m. 11] HUNDREDUM DE WORTH' IN FESTO SANCTE MARGARETE [20 July] ANNO REGIS EDWARDI XI

Rogerus Aldiet¹ per Johannem Hereberd versus Averey de Cercelle de placito trans'.

Radulfus de Sawe per Johannem novum versus Willelmum de Ameneye de placito trans'.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad laweday.

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento.

Thomas Boveton distringatur pro defalta et ipsi qui sunt districti summoneantur silicet Johannes de Widihull', Matilda Ailward. Et prior de Crek' qui est districtus pro eodem melius distringatur et plegii sui silicet [] summoneantur eo quod non habuerunt.

vj d. Ema filia Nigelli Alisandr' in mis' pro hutesio levato. Plegius Nigellus Alisandr'.

Loquela que tangit Johannem le Bedel et Agnetem le Bedel in respectu usque Gulam Augusti. Unde summoneantur contra proximum.

Petrus de Walecot' distringatur pro defalta et ad habendam inquisitionem de via estopiata ut prius et plegii sui summoneantur.

vj d. Johannes David in mis' pro defalta et quia non fuit prosequutus querelam suam. Plegius Thomas David.

Averey de Cercelle querit de Roberto de la Ston'. Plegius prosequendi Rogerus de Bury. Unde idem attachetur pro hutesio.

Et idem Averey querit de Rogero Aldiet. Plegius prosequendi Willelmus novus. Plegius respondendi [].

ij s. Theþingmannus de Westrop cum tota theþinga in mis' pro concelemento unius muri levati super iter regale et Ricardus Causy distringatur pro eodem muro.

Willelmus filius Nicholai de Lost' invenit plegios domino Roberto de Lost' de pace silicet Willelmum Wissond, Rogerum de Bury, et Henricum Arnald, Waleranum Peris.

Johannes de Radenham tenens prioris de Farleye manucapit habere uxorem suam ad faciendas emendas de assisa die Mercurii apud Worth'. Et braciatores prioris de Farleye distringantur pro assisa.

Fecit legem. Theþingmannus de Hampton' summoneatur facere legem et eo quod essoniatur ut supra.

xij d. Walterus Eme theþingmannus in mis' quia defecit de lege sua ut prius.

vj d. Ricardus de Harnhull' in mis' quia defecit de lege sua ut prius. Plegius Rogerus Brian'.

vj d. Johannes de Colshull' in mis' pro assisa.

vj d. Henricus Sort in mis' pro eodem. vj d. Matheus de Losteshull' in mis' pro eodem.

xvij d. Theþingmannus de Buriblunt' in mis' pro hutesio levato et non prosequuto.

¹ Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

Theþinge de Stratton' et Stratton' summoneantur ad faciendam inquisitionem de Willelmo Cheleworth', Johanne filio Willelmi de angulo et Roberto filio Thome Ude si hutesium levatum erat super eos et ipsi fugerunt nocturno tempore vel non unde ipsi super ipsos posuerunt. Plegius eorundem veniendi Thomas Ude.

Theþingmanni de Mordon' et Blunt' sancti Andree summoneantur facere inquisitionem de Johanne le Brut si cepit redempcionem latrocinii de famulo suo vel non prout imposuit.

vj d. Margeria Champeneys in mis' quia removit unum bovettum contra defensionem ballivorum. Plegius [] .

Datus est dies amoris inter dominum Johannem Walerand et Christinam Laurens et eciam inter Radulfum de Sawe et Willelmum de Ameneye.

Willelmus messor de Estrop querit de Hugone de la Cleye de recursu. Et habent plegium prosequendi Galfridum de Mandevil', plegios respondendi Jacobum Raulf et Henricum Url et datus eis dies amoris. Unde summoneantur.

Willelmus de Ameney querit versus Radulfum de Sawe. Plegius prosequendi Adam Lorens. Plegius respondendi Johannes Somery.

Christina Laurens querit de domino J. Walerand. Plegius prosequendi Adam Lorens. Plegius respondendi Rogerus Brian'.

vj d. Walterus molendinarius in mis' pro defalta et pro via fodiata.

Johannes Wisside petit visum de via fodiata. Unde melius videatur et idem summoneatur.

vj d. Johannes Okeborn' in mis' pro xij d. detentis Ydanie le Reve et vadiat eidem et dampna ij s. Plegius J. de angulo.

vj d. Ricardus caretarius in mis' pro trans' facta Willelmo Cole. Plegius Henricus Sort.

vj d. Christina Lewyn in mis' pro trans' facta Henrico Lewyn. Plegius idem Henricus.

Walterus de Mordon' distringatur pro assisa.

Johannes de Escot' summoneatur invenire theþingmannum.

Condonatur. Juliana filia Alicie le Grete in mis' pro hutesio levato et noluit sequi placitum.

Robertus de Borewarescot' distringatur pro assisa. Christina la Wyte eodem modo. Rogerus Banak eodem modo. Henricus de Wadele eodem modo. Dominus Ricardus de ripariis distringatur pro defalta. Thomas Frankeyn eodem modo pro defalta.

Summa x s.

114 [m. 12] HUNDREDUM DE WORTH' VIGILIA [14 Aug.] ASSUMPTIONIS BEATE MARIE ANNO REGIS EDWARDI XI

ij s. Willelmus longus de Boreuton' in mis' quia non habuit priorem Wincestr' quem plegiavit. Plegius Willelmus Simond.

vj d. Willelmus Wride in mis' pro trans' facta Julianae de Temple. Plegius Johannes faber.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu ut prius. Et theþingmannus ejusdem ville distringatur pro defalta ad laweday.

vj d. Johannes Averey in mis' pro trans' facta Rogero Aldyet. Plegius Johannes Hereberd.

vj d. Hugo de la Cleye in mis' pro trans' facta Willelmo messori de Estrop. Plegii Johannes cocus et Ricardus de Lech.

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento. (Qui fuit theþingmannus.)

Tenementum Thome Boveton distringatur pro defalta et Johannes de Wydhull', Matilda Ailward, Henricus elemosinarius qui sunt districti summoneantur. Ricardus Wening ponatur per meliores plegios pro eodem et Jacobus le Palm' plegius suus summoneatur audire judicium.

Johannes Randolph et Agnes le Bedel ponantur per meliores plegios et Johannes le Thopern' et Johannes de cruce plegii eorum summoneantur audire judicium eo quod non habuerunt eosdem quos plegiaverunt.

vj d. Petrus de Walecot' in mis' pro defalta. Plegius Johannes Ude. Et ponitur super inquisitionem de via estopiata unde summoneatur.

Rogerus de Bur' et Averey de Cercell' se optulunt versus Robertum de Stone et idem Robertus est districtus et non venit unde melius distringatur.

xij d. Ricardus Causy in mis' pro muro levato super iter regale. Plegius [].

Johannes de Radenham distringatur habere uxorem suam ad emendas pro assisa prout manucepit prius et non venit.

Et braciatores prioris de Farleye distringantur pro assisa.

Johannes Wisside summoneatur eo quod essoniatur et via fodiata per ipsum melius videatur.

Johannes de Escot' distringatur invenire theþingmannum eo quod non venit per summonicionem.

vj d. Walterus de Mordon' in mis' pro assisa.

vj d. Robertus de Borewarescote in mis' pro eodem. *vj d.* Christina le Wayte in mis' pro eodem. *vj d.* Henricus de Wadele in mis' pro eodem.

Robertus le Bedel attachietur pro redempcione latrociniis sicut jurata presentat. Et Johannes le Brut est attachiatus pro eodem.

Dimidia marca. Prior de Wincestr' in mis' pro trans' facta Philippo le Bot. Plegius Johannes de cruce.

Datus est dies amoris inter dominum Johannem Walerand et Christinam Laurens et Willelmum de Ameney et Radulfum de Sawe ut prius.

vj d. Rogerus Banak in mis' pro assisa.

Thomas Frankeleyn distringatur pro defalta ut prius eo quod non fuit districtus.

vj d. Willelmus de Cheleworth' in mis' pro hutesio levato. Plegius Willelmus de angulo.

Condonatur. Alicia de Crek' se querit de Matilda Caddebene et Denisia filia sua. Plegius J. Wulsun. Et Johannes Avisse plegius earum summoneatur audire judicium eo quod non habuit et ponantur per meliores plegios respondere pro hutesio levato.

vij d. Johannes filius Willelmi de angulo in mis' eo quod ivit nocturno tempore passcere pratum. Plegius Willelmus pater ejus.

Condonatur. Willelmus Saillefest' in mis' pro trans' facta Agneti Pingue. Plegius Ricardus de Lech.

Inquisicio facta dicit quod Johannes le Bav furabatur panem ad domum Johannis le Brut et ibidem detentus fuit pro facto contra voluntatem et quod vendidit unam vaccam et dedit ut possit liberari sine ballivo silicet Johanni le Brut et Roberto le Bedel.

Henricus Edrych et Willelmus de la Drove querunt de Johanne de angulo et Radulfo Rossel. Plegius prosequendi alter alterius. Unde ipsi distingantur respondere.

Theþingmannus de Widihull' presentat quod Johannes Alebost cepit unum richellum de Nicholao de Littleworth' in prato de Wydihull' et Johannes ballivus suus fecit inde pacem sine ballivo. Unde attachietur pro redempcioне latrociniи.

Theþingmanni de Hampton' Westrop et Estrop summoneantur cum tota theþinga ad inquisitionem faciendam de feno furato in Estmed.

Theþingmannus de Mordon' manucapit habere Johannem le Bav et Johannem le Bav fratres qui sunt in theþinga sua.

Jacobus Rolves distingatur pro assisa. Phelippus de Gay distingatur pro defalta.

xij d. Robertus Ude in mis' pro trans' facta in prato nocturno tempore. Plegius Willelmus de angulo.

Summa xvij s. ij d.

115 [m. 11d.] HUNDREDUM DE WORTH' DIE VENERIS [10 Sept.] PROXIMA POST NATIVITATEM BEATE MARIE ANNO REGIS EDWARDI XI

ESSONIE

Waleranus filius Petri¹ per [].

Robertus le Bedel per Willelmum Wissond versus ballivos de placito trans'.

Willelmus de Sevenhampton' per J. Wissid' versus Averey de Cercell' de placito trans'. *Venit et warantizat.*

Rogerus Warde versus Johannem Portman de placito trans' per Johannem Warde. Et omnes alias. *Non allocatur quia essoniator non fuit presens.*

Rogerus de la Bur' per Walterum Keyne versus Robertum de la Ston' de placito trans'.

ij s. Robertus de molendino filius Petri in mis' quia non habuit H. quem plegiavit ad prosequendum de agno furato.

Datus est dies amoris inter Waleranum Peris et Averey de Cercelle usque proximum.

¹ Waleranus filius Petri and Willelmus de Sevenhampton have a cross in the left margin.

Dominus Robertus de Meysy distringatur pro recursu et theþingmannus ejusdem ville pro defalta ad laweday.

Johannes Portman querit de Rogero Warde. Plegius prosequendi Willelmus de furno. Plegii respondendi Rogeri Johannes Hawel et Nicholaus Wride. Idem Rogerus distringatur pro defalta et respondere et plegii summoneantur.

Robertus faber de Stanton' qui fuit theþingmannus distringatur pro concelemento.

Jacobus le Brag vadat legem contra ballivos quod non fuit plegius Willelmi fratris sui versus Henricum de Grundewell ad restituanda dampna sibi conciderata. Et Jacobus de Grundewell' summoneatur respondere de eadem plegiacione. Plegius de lege W. longus.

vj d. Ricardus Wening in mis' pro se et plegiis suis pro defalta tenementi Boveton. Plegius Willelmus Reymund.

Thomas Boveton' distringatur pro defalta et omnes qui sunt districti pro eodem summoneantur contra proximum.

Johannes Randulf et Agnes le Bedel ponantur per meliores plegios ad respondendum de assisa fracta et plegii sui distringantur audire judicium eo quod non venerunt per summonicionem.

Robertus de la Stone se optulit respondere versus Rogerum de Bury et Averey et ipsi essoniantur. Habent diem certum.

Johannes de Radenham distringatur ut prius. Braciatores prioris de Farley distringantur pro assisa.

Inquisicio que fecit visum dicit quod Johannes Wisside non fodiavit super iter regale prout Reginaldus Ince theþingmannus presentavit. Unde idem theþingmannus distringatur.

Christina Lorens distringatur pro defalta eo quod non fuit prosecuta versus dominum J. Walerand. Unde recessit sine die et plegius suus summoneatur audire judicium.

Willelmus de Ameneye et Radulfus de la Sawe summoneantur.

Robertus le Bedel summoneatur eo quod essoniatur ut prius.

Henricus Edrych et Willelmus de Drove querunt de Johanne de angulo et Radulfo Rossel et ipsi essoniantur. Unde summoneantur.

Nicholaus de Littleworth' distringatur habere Johannem manupastum suum ad respondendum eo quod recepit de Johanne Alebost unum richellum furatum sine ballivo et idem J. Alebost attachietur.

Theþingmannus de Mordon' distringatur habere Johannem le Bav et Johannem le Bav fratres eo quod essoniantur et pro concelemento Willelmi Avisse extra assisam prout theþingmannus presentat et Johannem le Brut pro recetamento ejusdem et Simon de Westmulne attachietur pro hutesio levato super Ricardum filium J. Eilm'.

vj d. Jacobus Rolves in mis' pro assisa.

Henricus Sort distringatur pro assisa. Henricus Coc eodem modo.

Theþingmanni de Buriblunt', Hampton', Westrop et Estrop summoneantur cum totis theþingis ad inquirendum de blado furato prout theþingmannus de Hampt' presentat.

Willelmus Tolle distringatur pro assisa. Walterus faber eodem modo. Felicia de Stratton' eodem modo.

Matilda filia Walteri le Webbe distringatur pro defalta de hutesio levato.
Unde pars querens recessit eo quod fuit extranea et plegii sui summoneantur audire judicium.

Christina relicta Thome de Yngelesham distringatur pro defalta et plegii sui
summoneantur audire judicium eo quod [].

Thomas de Mandevil' querit de Matilda Portman quod ipsa deberet furata
fuisse vij garbas ordei et ipsa ponit se super inquisitionem.

Summa iij s.

Summa hundredi preter visum xij li. xij s. vij d.

1283-1284¹

116 [m. 1] HUNDREDUM DE WORTH' IN CRASTINO [30 Sept.]
SANCTI MICHAELIS ANNO REGNI REGIS EDWARDI XI ET
INTRANTE XII

Avercy de Cercell² per Rogerum de la Bur' versus Walaranum filium Petri
et Willelmum de Sevenhampton' de placito trans' et versus omnes alios
penes se locuturos.

Johannes Portman per Robertum Jemes versus Rogerum Warde de placito
trans'.

Willelmus de Sevenhampt' per Simonem Brian' versus Averey de Cercell' de
placito trans'. *Venit.*

xij d. Johannes le Bret in mis' pro redempcione latrocinii prout inpositum
sibi fuit. Plegius Henricus Edrych.

vj d. Willelmus Avisse in mis' eo quod fuit extra assisam. Plegius Johannes le
Brut.

Dominus Robertus de Meysy melius distingatur ut supra.

Waleranus filius Petri se optulit versus Averey de Cercell' et ipse essoniatur
ut supra. Unde summoneatur et Willelmus de Sevehampton' summoneatur.

Robertus faber qui fuit theþingmannus de Stanton' distingatur pro concele-
mento et pro despectu eo quod noluit respondere.

Tenementum Thome Boveton' distingatur pro defalta.

Rogerus Warde se optulit versus Johannem Portman et ipse essoniatur. Unde
summoneatur.

Johannes Randolph et Agnes le Bedel melius distingantur pro assisa.

vj d. Christina de Yngelesham in mis' pro trans' facta Waltero Truant. Plegius
Ricardus de Lech.

Braciatores prioris de Farleye distingantur pro assisa.

Questus est Rogerus de la Bury de Roberto de la Stone de Stanton' quod idem
Robertus die Sabati in septimana Pentecosten anno regis Edwardi xj post
nonam ubi una ancilla Matilda vocata de Stanton' in campo de Bur-
blunt' apud Sadewell' metebat bladum dicti Rogeri et idem Rogerus misit
Johannem famulum suum ad bladum illud et ancillam rescindend' et ipsam
fugavit in villa de Stanton' et idem Johannes ipsam ancillam cum blado
detinuit et tunc idem Robertus de la Ston' ab ipso Johanne ancillam et
bladum rapuit et ipsum Johannem cum baculo percussit quod sanguis exivit
et corpus suum quasi prisonatus usque ad noctem contra pacem tenuit unde
levavit hutesium ad dampnum et pudorem c s. et habuit sectam.

¹ S. C. 2/208/91.

² Averey de Cercell' and Willelmus de Sevenhampt' have a cross in the left margin.

Idem Robertus in despectu recessit sine responso facto. Unde distingatur vadiare eidem Rogero dampna sua et respondere de defalta quia per judicium concideratum fuit quod dominus Reginaldus filius Petri non debet curiam suam habere de hutesio et sanguine.

Johannes de Radenham distingatur habere uxorem suam ad accipiendo judicium pro assisa.

vj d. Christina Lorens in mis' pro defalta et eo quod non fuit prosequita querelam versus dominum J. Waler'. Plegius Adam Lorens.

Robertus de Rosteshal' attachatus est pro redempcio latrocini. *Et est in custodia detentus.*

Johannes de angulo et Radulfus Rossel ponunt se super inquisitionem quod non inparcaverunt averia Henrici Edrich et Willelmi de la Drove nisi pro communi commodo et per commune concilium pro pastu pastoris et pro via emendanda et non ad dampnum xx s. eorum. Unde inquiratur ad proximum.

vj d. Willelmus de Ameneye in mis' quia defecit de querela sua versus Radulfum de Sawe. Plegius Petrus de Walecot'.

vj d. Johannes Alebost in mis' pro uno richello capto de feno Nicholai de Littleworth'. Plegius [].

iiij s. Theþingmannus de Mordon' cum tota theþinga in mis' quia non habuit Johannem le Bay et Johannem le Bay fratres qui fuerunt in theþinga sua nec vult habere ipsos de cetero.

vj d. Henricus Sort in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Coc in mis' pro eodem. *Tenens persone:* Willelmus Tolle in mis' pro eodem. *vj d.* Walterus faber in mis' pro eodem. *vj d.* Felicia de Straton' in mis' pro eodem.

Johannes de Escot' distingatur invenire theþingmannum eo quod fuit summonitus.

vj d. Willelmus Simond in mis' quia non habuit Matildam la Webbe quam plegiavit et pro principali. Plegius [].

Walterus de Mordon' distingatur pro assisa. Johannes de Colshull'.

Theþingmannus de Mordon' presentat quod bercarius Roberti de Mordon' fuit in camera sua cum uxore sua et pre timore promisit sibi xvij agnos et quod Johannes de Mordon' quesivit dictos agnos ad faldam et fugavit ad domum dicti Roberti et ibidem mercavit et Ricardus Dalle petit illos agnos quasy suos. Unde idem Robertus attachatus est et preceptum fuit fugare agnos apud Sevenhampt'.

Theþingmannus de Buriblunt' presentat quod bladum furatum fuit apud Buriblunt' et positum fuit super terram Alicie le Bussop et per familiam suam. Unde [].

xij d. Reginaldus Ince in mis' cum tota theþinga pro falsa presentacione de Johanne Wissid' quod deberet fodiare super iter regale.

Robertus Scarlat distingatur habere Willelmum manupastum suum ad respondendum de hutesio levato inter se et Johannam Cubbel et ipsa similiter distingatur sequi.

xij d. David de Stok' in mis' quia non habuit Johannam Cubbel. Plegius Thomas David.

Rogerus Jordan distringatur pro assisa. Lovekyn le Brid eodem. Henricus de Wadele. Johanna Haydon.

ij s. De priore de Crek' pro secta sua de tenemento de Wastevil'.

Theþingmannus de Westrop cum tota theþinga distringatur respondere de latrone capto et dimisso sine ballivo.

Walterus faber distringatur pro assisa. Walterus Mendecort eodem modo. Willelmus Picard eodem modo.

Summa xiiij s. vj d.

117 [m. 2] HUNDREDUM DE WORTH' DIE JOVIS [21 Oct.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI LUCE EWANGELISTE ANNO XI

ESSONIE

Johannes de angulo¹ per Nigellum Alisand' versus Henricum Edrich et Willelmum de la Drove de inquisicione recipienda.

Radulfus Rossel per Johannem Osmund de eodem versus eosdem.

Waleranus Peris per Simonem Frankeleyn versus Averey de [Cercell'].

Dominus Robertus de Meysi melius distringatur ut prius.

Tenementum Thome Boveton melius distringatur pro defalta.

Waleranus filius Petri vadat legem contra ballivos quod non fuit summonitus nec attachiatuſ respondere Averey de Cercell'. Plegius [].

xij d. Rogerus de la Bury in mis' quia non habuit Waleranum Peris quem plegiavit ad respondendum Averey de Cercell'. Plegius Ricardus Gont'.

Datus est dies amoris inter Johannem Portman querentem et Rogerum Warde et Willelmum Warde defendantes usque proximum. Unde summoneantur.

Johannes Randolph et Agnes Bedel distringantur pro assisa ut prius.

Braciatores prioris de Farleye melius distringantur ut prius pro assisa.

Willelmus de Sevenhampt' vadat legem contra Averey quod ipsum die Mercurii ad horam vespere nec anno regni regis Edwardi xj in campo de Buriblunt' in cultura que vocatur Bury in Chastiler non percussit cum furca super spatulas ad dampnum nec pudorem xl s. nec alicujus denarii. Plegii de lege Waleranus Peris et Willelmus Haillem'.

Johannes de angulo et Radulfus Rossel et ceteri summoneantur accipere inquisitionem.

De Roberto de Rosteshal' in respectu usque proximum hundredum ad laweday.

Johannes de Escot' distringatur invenire theþingmannum. Robertus de la Ston' melius distringatur ut prius.

Questus est Waleranus Peris de Averey de Cercell' quod idem Averey die Mercurii proxima ante Decollacionem beati Johannis ubi equus suus ligatus fuit in Estfeld in terra sua ibi cepit et inparcavit in communi parco et detinuit ab hora meridie usque noctem et tunc liberavit, unde exivit et recepit dampnum, ad dampnum et pudorem xx s. et habuit sectam.

¹ Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

Idem venit et defendit verba placiti et fecit replicacionem et recongnovit quod quasi messor communis et per communem assensum ville fecit et juste et non injuste et paratus facere. Et idem dicit quod ipse fuit unus de villa et non concessit et hoc paratus facere. Unde judicium in respectu quis veniat ad legem. Unde summoneantur.

vj d. Walterus de Mordon' in mis' pro assisa. *vj d.* Johannes de Colshull' in mis' pro eodem.

vij s. De Roberto le Bedel pro esse ad manucpcionem ut supra. Plegii Radulfus Malin' et Johannes.

vj d. Rogerus Jordan' in mis' pro assisa. *vj d.* Lovekyn le Brid in mis' pro eodem. *vj d.* Henricus de Wadele in mis' pro eodem. *vj d.* Walterus faber in mis' pro assisa. *vj d.* Walterus Mendecort in mis' pro eodem. *vj d.* Willelmus Picard in mis' pro eodem.

Robertus Scarlat distringatur habere manupastum suum ad respondendum de hutesio levato ut prius unde Johanna Cubbel [].

Waleranus Peris disscessit sine plegio de lege. Unde concideratum fuit quod amisit legem versus Johannem ballivum. Unde distringatur super hoc respondere.

Questus est Ricardus Dalle de Roberto de Rosteshale quod idem Robertus vigilia sancti Matthie apostoli hoc anno venit ad faldam suam in Mordon' et ibidem cepit ix agnos et fugavit ad domum suam et ibidem mercavit in merca sua quasi felon' et habuit sectam.

Et idem venit et defendit per servientem suum et calumpniatur quod non potest servientem habere eo quod appellatus est per feloniam. Unde judicium ponitur in respectu.

Idem Robertus invenit manucaptiores essendi ad proximum silicet Johannem le Brut et Rogerum de Bury, Radulfum Maline et J. de Hardinton'. Et habent diem certum.

iiij s. De Thoma Wrong pro secta sua usque festum sancti Michaelis ut supra. Persona de Blunt' silicet Stephanus messor distringatur pro assisa. Agnes Palmer' pro eodem. Felicia de Stratton'.

Theþingmannus de Fersedon' vadiat legem quod ipse nec aliquis de theþinga sua scivit de hutesio levato in theþinga sua inter []. Plegius de lege [].

Walterus Cerle distringatur pro assisa. Denisia de mora.

iiij s. De Johanne Golafr' pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

Theþingmannus de Westrop distringatur pro latrone dimisso et Thomas Page qui ipsum dimisit.

Summa xx s.

118 [m. 3] HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [15 Nov.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI MARTINI ANNO REGNI REGIS EDWARDI XI

Johannes Portman¹ per Robertum Alm' versus Rogerum Warde et Willelmum Ward' fratrem suum de placito trans'.

¹ There is no mark against this name.

vj d. Johanna Cubbel in mis' pro hutesio. Plegius Robertus Scarlat.

vj d. Ricardus le Grant in mis' quia habuit Willelmum de Chinemareford extra assisam.

iiij s. Theþingmannus de Brodeblunt' in mis' cum tota theþinga quia non habuerunt Robertum trituratorem nec habere volunt.

Dominus Robertus de Meysy melius distringatur pro defalta ad laweday. Et theþingmannus ejusdem ville eodem modo.

Tenementum Thome Boveton distringatur pro defalta ut prius.

xij d. Waleranus Peris in mis' quia defecit de lege sua. Plegius Ricardus de Lech'.

Johannes Randolph et Agnes le Bedel melius distringatur pro assisa. Et omnes tenentes de ospitali eodem modo.

Braciatores prioris de Farleye melius distringantur pro assisa.

Questus est Averei de Cercell' de Walerano Peris quod idem W. die Jovis proxima post Decollacionem beati Johannis Baptiste anno xj ad horam juirleve in campo de Buriblunt' in cultura que vocatur Buri en le Chastiler eundem Averei assaltavit et percussit super spatulam sinistram cum cultello et idem respondens non permociavit. Unde vadat misericordiam et eidem xl s.

Waleranus Peris in mis' pro trans' facta Averey de Cercell' et vadat eidem [].

Waleranus Peris in mis' quia defecit de querela sua versus Averey de Cercell'.
Plegii Walterus niger et Johannes Wrench.

Johannes Ace distringatur pro pluribus defaltis.

vj d. Averey de Cercelle in mis' quia defecit de querela versus Willelmum de Sevenhamt'. Plegius Johannes Hereberd.

Johannes de Escot' summoneatur invenire theþingmannum.

Robertus de la Stone qui est districtus per j averium ad faciendum Rogero de la Bury concideracionem hundredi et sanandam defaltam non se justificavit. Unde melius distringatur.

Robertus Scarlat distringatur habere manupastum suum Henricum ad respondentum de hutesio levato et Johanna Cubbel summoneatur pro eodem. Vadiavit superius.

Robertus de la Stone qui fuit theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento braciatorum et eo quod noluit in pleno hundredo respondere ut prius.

Ricardus Dalle distringatur pro defalta et plegii sui summoneantur audire eo quod non fuit prosecutus versus Robertum Rosteshal'. Unde idem Robertus recessit quietus sine die.

vj d. Stephanus messor in mis' pro assisa. *vj d.* Felicia de Straton' eodem modo. *vj d.* Agnes Palmer' eodem modo. *vj d.* Walterus Cerle eodem modo.
vj d. Denisia de mora eodem modo.

Johannes Reymund distringatur pro defalta.

Tenementum Roberti Godchep distringatur pro defalta.

Johannes de Mordon' distringatur pro defalta et respondere ballivis.

Petrus Underhull' distringatur pro defalta.

Ricardus Malin' distringatur pro defalta.

ij s. De Johanne de Klincton' pro secta sua usque festum sancti Michaelis.
vj d. Theþingmannus de Fersedon' in mis' quia defecit de lege sua. Plegius de mis' Johannes ballivus.

Brian Nich' distringatur pro hutesio levato.

[m. 4] *ij s.* Johannes de angulo in mis' pro se et pro Radulfo Rossel pro trans' facta Henrico Edrich. Plegii Radulfus Rossel et idem Henricus.

Juliana Spuly querit de Johanne Wolson. Plegii prosequendi Johannes de cruce et Adam Ferekar'. Plegius respondendi Henricus caretarius.

Johannes Portman et Rogerus Warde summoneantur sequi placitum eo quod essonianter.

Thomas Page vadiat legem contra ballivos quod non cepit Jordanum Cappe nec aliquid de se, hacheam nec aliud. Plegii de lege Henricus Url, Thomas Hawene. Et quislibet per se de theþinga vadiat legem de eodem. Plegius de lege alter alterius.

Summa xij s. vj d.

WEREDICTUM THEÞINGMANNORUM

xij d. Theþingmannus de Yngelesham venit ad laweday sicut solet et dat ut supra et nichil presentat.

ij s. Theþingmannus de Hanedon' venit eodem modo et dat ut supra.

ij s. j d. Theþingmannus persone de Worth' venit eodem modo et dat ut supra et nichil presentat.

Theþingmannus de Stanton' venit cum iiii hominibus et nichil presentat.
 Unde inquiratur. Et nichil presentat nec dat.

vij s. ix d. Theþingmannus de Lydiard venit eodem modo et dat ut supra et presentat quod via in campo de Nutherestraton' fodiat. Unde inquiratur per quem. Thomas Malger distringatur pro assisa. Ricardus Milecent eodem modo.

iiij s. Theþingmannus de Swyndon' venit eodem modo et nichil presentat.

xxij d. Theþingmannus de Mordon' venit eodem modo et dat ut supra. Relicta Petri de Mordon' distringatur pro hutesio levato. Emma Boles distringatur pro assisa. Et presentat quod Radulfus de aula levavit hutesium super Robertum de aula. Unde attachetur. Johannes de Colshull' distringatur pro assisa. Gibote distringatur pro assisa (Bluet).

iiij s. Theþingmannus de Wydihull' venit eodem modo. Christina Saillefest' distringatur pro assisa. Willelmus Reymund eodem modo.

xij d. Theþingmannus de Bluntesdon' sancti Andree venit eodem modo et nichil presentat. Et distringatur pro concelemento Johannis Ace de defalta.

xvj d. Theþingmannus de Brodebluntesdon' venit eodem modo. Walterus Bikecrot distringatur pro defalta. Henricus Coc distringatur pro assisa. Lovekin' cissor eodem modo. Et distringatur pro concelemento Agnetis Badecok' braciatoris.

vij s. x d. Theþingman de Buriblunt' venit eodem modo et nichil presentat.
 Et distringatur pro concelemento J. Golafr'.

ij s. Theþingman de Losteshull' venit eodem modo et dat ut supra. Matilda Colat distringatur pro assisa.

- ij s.* Theþingman de Hampton' venit eodem modo. Et presentat quod extranei solent venire nocturno tempore ad domum quarundam mulierum. Unde attachientur.
- xij d.* Theþingman de Westrop venit eodem modo et presentat quod Jacobus Rolves braciavit contra assisam. Simon Wyth eodem modo.
- xij d.* Theþingman de Fersedon' venit eodem modo et [].
- ij s. xj d.* Theþingman de Estrop venit eodem [modo]. Relicta Abbot distringatur quia habuit Ricardum de Colshull' extra assisam. Et idem attachietur.
- ij s.* Theþingman de Merston' venit eodem modo. Distringatur pro concelemento.
- vij s.* Theþingmannus de Nutherestraton' venit eodem modo. Juliana Fis distringatur pro assisa. Denisia de mora eodem modo. Adam le Brid eodem modo. Felicia de Stratton' eodem modo.
- Theþingmannus de Overestraton' venit eodem modo et dat ut supra.
- ij s.* De hominibus de Wydihull' pro loveselver.
- ij s.* De hominibus de Mordon' pro eodem.

**119 [m. 5] HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [8 Dec.]
PROXIMA POST FESTUM SANCTI NICHOLAI ANNO XII**

ESSONIA

Rogerus Warde¹ per Willelmum Warde versus Johannem Portman de placito [].

Tenens persone. Cecilia Lovye tenens persone de Worth' distringatur pro assisa. Secundo.

xvij d. De Johanne Michel pro secta usque festum sancti Michaelis.

ij s. De Johanne Ace pro eodem.

ij s. De Johanne filio Johannis Ace pro eodem.

Dominus Robertus de Meysy melius distringatur ut prius. Theþingmannus ejusdem ville [].

Johannes Randolph, Agnes le Bedel et Radulfus Bauwer' distringantur pro assisa et braciatores prioris de Farleye distringantur pro eodem.

Tenementum Thome Boveton distringatur pro pluribus defaltis.

Robertus de la Stone de Stanton' melius distringatur facere Rogero de Bur' concideracionem et respondere de defalta.

Theþingman de Stanton' distringatur pro concelemento.

iiij s. Theþingmannus de Westrop in mis' quia defecit de lege sua et pro tota theþinga.

Hugo Brian', Willelmus Bolly, Johannes de Cestr' se optulunt versus Johannem de Chandos per breve et ipse essoniatur. Unde summoneatur.

vj d. Johannes Reymund in mis' pro defalta. Plegius Willelmus Reimund.

Theþing' de Stratton Majoris [sic] in mis' quia insufficienter respondit de inquisicione.

Questus est Johannes Bret de Roberto Rosteshal' et Waltero famulo suo quod idem Robertus die Mercurii proxima post Translacionem beati Thome martiris hoc anno ad horam vesperi injuste cepit unum bovem nigrum precii dimidie marce in communi pastura sua in prato suo quod vocatur Ayllefordesham et capere fecit per predictum Walterum et injuste fugavit ad curiam suam in Mordon' et ibi clausis januis cum serris injuste detinuit contra vadum et plegium a predicta hora et die usque diem Jovis sequentem hora prime quando liberari fecit per ballivum domini regis ad dampnum et pudorem xl s. Et habuit sectam.

Idem Robertus defendit verba placiti. Facit replicationem questus et dicit quod non cepit suum bovem set cepit bovem Petri le Bedel pro servicio *iiij d.* redditus qui arreto fuerunt et in predicta pastura suum bovem non cepit, fugavit nec injuste detinuit sicut sibi inposuit ad dampnum et pudorem *xl s.*, paratus facere contra ipsum et sectam suam. Et vadiat legem. Plegii de lege Johannes cocus et Galfridus de Mandevil'. Idem Walterus

per eadem verba defendit verbo in verbum et vadiat legem. Plegius Robertus de Rosteshal'.

ijij d. Willelmus de Meroles in mis' pro trans' facta Henrico Wodecok. Plegius Johannes Aylm'.

Robertus Ude et Emma Ude querunt de Willelmo Wade et ipse essoniatur.

Unde summoneatur. Plegii prosequendi Johannes Osmund et Rogerus Pipar'. Plegius respondendi Thomas Thoþern'.

Hugo famulus Johannis Bret vadiat legem contra Walterum famulum Roberti de Rost' quod die Dominica proxima post festum sancti Aldelmi hoc anno ipsum non assaltavit in Estmore Gileberdeshok nec ipsum percussit cum baculo de omel super spatulam ad dampnum et pudorem xx s. Plegius de lege Johannes Bret.

Galfridus de Huse levavit hutesium super Willelmum longum. Plegius prosequendi Ricardus Lech. Plegius respondendi Johannes Castel.

xij s. ijij d.

146 [m. 9] HUNDREDUM DE WURTH' IN FESTO SANCTI LAURENCII [10 Aug.] ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XIII

ESSONIE

Johannes le Bret.¹ *Venit.*

Idem Johannes [].

Ricardus de Lech per Johannem cocum versus ballivos de placito plegacionis.²

Galfridus de la Huse per Ricardum fabrum versus Walterum fabrum de placito trans'.

Willelmus Saillefest per Robertum Aleyn versus Christinam Castel de placito trans'.

Galfridus famulus prioris de Bradenstok' per Galfridum Nyweman versus Johannem filium Willelmi de molendino de placito trans'. *Condonatur.*

Willelmus le Ferecare per Robertum patrem suum versus Ricardum le Stot de placito trans'.

Hugo filius Roberti per Johannem Bret versus Walterum famulum Roberti de Rosteshal' de una lege facienda.

Thomas Ince per Willelmum de Berton' versus Robertum Jemes de placito trans'.

Galfridus de Hese per Johannem Causy versus Willelmum longum de placito trans'.

Gregorius famulus persone de Worth' per Thomam de Hayden' versus Walterum Ladde de placito trans'.

vij d. Ema Ude in mis' pro trans' facta Willelmo de Cheleworth'. Plegius Johannes Thoþern'.

¹ *None of the names of those essoined has a mark in the left margin except Gregorius famulus persone de Worth' which has a cross.*

² *MS. bleg', for pleg'?*

- Tenementum domini Roberti de Lost' melius distringatur pro defalta.
 Dominus Robertus de Meysy distringatur ut prius. Braciatores de ospitali
 distringantur pro assisa.
- Theþingmannus de Stanton' melius distringatur pro concelemento et Rober-
 tus de la Ston' de eadem distringatur pro despactu ut prius.
- Tenementum Ade Waryn distringatur pro defalta. Tenementum Thome Bove-
 ton distringatur pro defalta et Matilda que est districta summoneatur.
- Walterus de Rosteshal' distringatur pro defalta ad laweday.
- Johannes Osmund et Johannes Jolyf distringantur solvere penam ij s.
- Johannes de angulo et Radulfus Rossel distringantur respondere eo quod
 noluerunt respondere de Willelmo de Cheleworth' quem tenuerunt extra
 assisam.
- vj d.* Thomas Malg' in mis' pro assisa. *vj d.* Radulfus Middelstret eodem modo.
vj d. Margeria faber eodem modo. *vj d.* Thomas bercarius eodem modo. De
 Lost'. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo. *vj d.* Henricus de Wadele eodem
 modo. *vj d.* Johannes Severe eodem modo.
- Johannes Castel calumpniatur de fovea levata contra legem prout presen-
 tum fuit et petit visum. Unde summoneatur.
- Willelmus le Url vadiat legem contra ballivos quod linum suum non fuit
 furatum, asportatum ad domum Walteri molendinarii, quod scivit, nec
 retro cepit sine ballivo. Plegius de lege Ricardus Nywe'.
- Walterus molendinarius vadiat legem de eodem. Plegii Johannes Rob' et
 Willelmus Url.
- Galfridus de la Huse et Willelmus longus summoneantur sequi placitum.
- Inquisicio de acra prati furata petit respectum respondendi et habeant usque
 proximum.
- Radulfus Rossel ponatur per meliores plegios ad respondendum Johanni de
 Linham et Johanni de angulo. Johannes Thoþerne et Johannes Sever'
 plegii sui summoneantur audire judicium et ipse summoneatur. Plegius
 proseundi Nigellus Alisandr'.
- vj d.* Johannes le Thoþerne in mis' quia non habuit Radulfum Rossel quem
 plegiavit. Plegius Petrus de Walecot'.
- xij d.* Johannes le Bret in mis' pro falsa querela versus Robertum Rosteshal'
 et alios ut patet in hundredo preterito. Plegius Johannes de la Slade.
- Dominus Johannes Waler' querit de domina Isabella de Cadurc' et Johanne
 le Oldeman. Plegii proseundi Walaranus Peris et Johannes de Slade.
 Unde ipsi distringantur et Willelmus Haydon' attachietur respondere de
 recursu facto de eadem districcione.
- Hugo famulus Johannis le Bret summoneatur facere legem versus Walterum
 famulum Roberti de Rosteshal'.
- Christina Castel querit de Willelmo Saillefest'. Plegius proseundi Johannes
 Castel. Plegius respondendi Willelmus de Leglad'. Et summoneatur eo
 quod essoniatur.
- vj d.* Brian Kinges in mis' pro trans' facta Willelmo Locare. Plegius Ricardus
 Kyng'.
- Robertus Jemes querit de Thoma Ince. Plegius proseundi Elias de Mand-
 vil'. Plegius respondendi Johannes Castel. Unde summoneatur.

Elias de Mandevil' et Walterus Ladde querunt de Gregorio famulo persone de Worth' et ipse essoniatur. Plegius prosequendi Walterus Childeove. Plegius respondendi Johannes Penot. Datus est dies amoris.

Rogerus le Hore querit de Radulfo Rossel et ipse facit defaltam. Unde ponatur per meliores plegios ad respondendum eidem et plegius suus Willelmus de la Drove summoneatur audire judicium. Plegius prosequendi Willelmus de la Hurne.

Johannes de Lynham querit de Radulfo Rossel et Stephano famulo suo et ipse facit defaltam. Unde ponatur per meliores plegios et plegii sui Johannes de Hurne et Johannes Thoþern' summoneantur audire judicium. Plegius prosequendi Nigellus Alisandr'.

vj d. Ricardus Bevyn in mis' pro trans' facta Elie Pilat. Plegius Robertus de Bide.

Christina Saillefest' distringatur pro assisa. Christina le Wayte eodem modo. Henricus le Duuc eodem [modo]. Henricus Sort eodem modo. Ricardus faber de Blunt' eodem modo. Ysabella Wayte eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Arnaldus carpentarius eodem modo. Felicia de Stratton' eodem modo. Radulfus King, pipar', eodem modo. Walterus Coteford eodem modo.

Datus es[].

ij d. De tenemento domini Roberti de Lost' pro secta usque festum sancti Michaelis et pro defalta ut supra.

Summa viij s. vj d.

147 [m. 10] HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [10 Sep.] PROXIMA ANTE EXALTACIONEM SANCTE CRUCIS ANNO REGNI REGIS EDWARDI XIII

ESSONIE

Johannes de angulo¹ per Johannem filium suum versus Robertum filium Thome de placito trans'.

Philippus de Gay per Johannem Bret versus Johannem le Reve de placito vetiti namii.

Idem Johannes de angulo per Robertum le Ferecar' versus Johannem Wryde de placito trans'.

Walterus famulus Roberti de Rosteshal' per Walterum de Mordonne versus Hugonem famulum Johannis Bret de una lege recipienda.

Ricardus le Nywe per Thomam Fys versus Willelmum Ferecar' de placito trans'.

Christina Castel per Willelmum de Berton' versus Willelmum Saillefest' de placito [].

Galfridus de Mandevil' per Robertum Aleyn versus Willelmum de Erdinton' de placito debiti.

¹ Johannes de angulo, Philippus de Gay, Johannes de angulo, Ricardus le Nywe, Ricardus filius Hugonis, Rogerus Dayberd, Johannes Sort, Nicholaus Eston, Nicholaus famulus Matilde Cromhal' have a dot in the left margin and Galfridus de Mandevile has a cross.

Willelmus de Erdinton' per Thomam Tarilar' versus Galfridum Mandevil' de eodem.

Ricardus filius Hugonis per Walterum Malecorn versus dominum Adam de Stratton' et ballivos suos de placito debiti. *Summoneatur respondere de concelemento ut patet in billetta.*

Rogerus Dayberd per Henricum le Url versus eundem de eodem.

Stephanus filius Johannis caretarii per Ricardum de Hampton' versus Rogerum le Hore de placito trans'.

Johannes Sort per Thomam Liggevorn' versus Ricardum de Fayreford de placito trans'.

Robertus Ude per Rogerum Hore versus Johannem de angulo de placito trans'.

Willelmus de Haydon' per Johannem Savory versus ballivos de placito recursus averiorum.

Nicholaus Eston' per Willelmum Fresel versus Johannem Cubbel de placito trans'.

Nicholaus famulus Matilde Cromhal' per Simonem de Mordon' versus Ricardum le Wayte de placito trans'.

v s. ix d. De Galfrido de Lech quia retraxit se ut supra. Plegius Rogerus messor.

ij s. De Ricardo Blech quia tractavit homines in placitum extra hundredum ut supra. Plegius [].

Tenementum Thome Boveton' distingatur pro defalta. Tenementum Ade Waryn eodem modo. Walterus Rosteshale eodem modo.

Dominus Robertus de Meysy distingatur ut prius. Braciatores de ospitali distingantur pro assisa.

Theþingmannus de Stanton' melius distingatur pro concelemento. Et Robertus de la Ston' de eadem distingatur pro despectu.

xij d. Robertus de Rosteshale in mis' quia removit bladum suum defensum per ballivos sine licencia. Plegius [].

Johannes le Bret vadat legem contra Robertum Rosteshal' quod nichil recepit de dimidia marca quam sibi debuit per pacem factam in hundredo in porcis nec denariis nec in aliis catallis prout idem Robertus sibi inposuit. Plegii de lege Thomas de Hyde et Willelmus Fynch.

xij d. Willelmus le Url in mis' quia defecit de lege sua versus ballivos.

xij d. Johannes Osmund in mis' quia defecit in solucione de plegiacione sua. Plegius Johannes Jolyf.

Walterus molendinarius de Merston' in mis' quia defecit de lege sua versus ballivos. Plegios [].

Galfridus de Huse in mis' quia defecit de querela sua versus Willelmum longum. Plegius Willelmus Saillefest'.

Domina Isabella de Cadure' et Johannes Oldeman ponantur per melhores plegios ad respondendum domino Johanni Waler' et plegii sui Henricus Blake et Ricardus Streg' summoneantur audire judicium. Et Willelmus Hayden' qui districtus est pro recursu summoneatur respondere eo quod essoniatur.

Walterus faber vadiat legem contra Galfridum de Huse quod die sancti Laurencii non fecit homsokne nec ipsum percussit cum uno martello super pectus []¹ spatulam nec super capud hoc anno ad dampnum xx s. Plegius de lege Johannes cocus. Unde summoneantur.

Radulfus Rossel vadiat legem contra ballivos quod non fuit summonitus contra proximum hundredum preteritum unde potuit fecisse defaltam nec plegii sui. Plegius Rogerus Pipar'.

Brianus Nichol' in mis' quia retraxit se de querela versus Ricardum famulum suum domini Johannis Waler'. Plegius [].

Hugo famulus Johannis Bret summoneatur facere legem Waltero famulo Roberti Rosteshal' eo quod essoniatur.

Christina Castel et Willelmus Saillefest' summoneantur sequi placitum eo quod essoniantur.

ij s. Thomas Ince in mis' pro trans' facta Roberto James. Plegii Elias de Mandevil' et Willelmus de Berton'.

Stephanus famulus Radulfi Rossel distingatur pro defalta et [].

Christina Saillefest' in mis' pro assisa. Christina la Wyte eodem modo. Henricus Duuk eodem modo. Henricus Sort eodem modo. Isabella le Wayte eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Arnaldus carpentarius eodem modo. Felicia de Stratton' eodem modo. Radulfus Kyng, pipar', eodem modo. Kyng.

Willelmus Ferecar' et Ricardus Nywe summoneantur sequi eo quod essonianatur.

Johannes de angulo districtus eo quod noluit respondere de homine tento extra assisam summoneatur eo quod essoniatur.

Henricus pistor et Willelmus Saillefest' summoneantur sequi placitum.

Radulfus Rossel vadiat legem contra Johannem de Lenham quod, si ipsum percussit cum uno tinello de arable vigilia beate Marie Magdalene ad noctem hoc anno coram domo Radulfi Maline apud Stratton' ad dampnum xl s. prout sibi inposuit, defendens se fecit et non aliter. Plegius de lege Robertus de Rosteshal'.

Willelmus de Sortegrove distingatur pro assisa. Radulfus Pyn eodem modo. Johannes de Colshull' eodem modo. Christina Bav eodem modo.

Johannes le Man in mis' pro trans' facta Johanni Hennepayn. Plegius Willelmus de Legelade. Henricus Coc eodem modo. Petronilla eodem modo.

Radulfus Rossel vadiat legem contra Rogerum le Hore quod die Lune proxima ante festum sancti Jacobi hoc anno in campo de Stratton' in prato quod vocatur Westmannemed, ubi Stephanus famulus suus fecit recursum unde idem Rogerus levavit hutesium, non fecit ipsum attachiari pro illo hutesio in honore de Walingeford unde amisit diurnam caruce sue. Plegius de lege Robertus Rosteshal'.

Rogerus Pipar' et Adam filius Roberti de Harnhull' ponunt se super inquisitionem. Unde summoneantur. *Et datus est eis dies amoris.*

Jacobus Rolves distingatur pro assisa. Adam Waryn eodem modo. Henricus de Wadele eodem modo. Johannes Feuelyn eodem modo.

¹ Word illegible at edge of membrane.

Johannes de Lenham invenit plegios versus Radulfum Rossel sequendi de
xl solidis de se ablatis contra pacem silicet Rogerum le Hore et Nigellum
Alis'. Unde attachietur per corpus suum.

Ricardus de Lente in mis' pro hutesio levato. Plegius Walterus Anketil.
Memorandum de inquisicione capienda eo quod est sine theþinga.
vj d. Walterus de Rosteshal' in mis' pro defalta ad laweday.

Summa xx s. ix d.

Summa tocius ix li. viij s. ij d.

1286–1287¹

148 [m. 1] HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [10 Oct.]
PROXIMA POST FESTUM SANCTI FIDIS² ANNO REGNI REGIS
EDWARDI XIII

Robertus de Rosteshal³ per Petrum Filke versus Rogerum Sarep de placito trans'.

Willelmus filius Willelmi Edward per Johannem Goldring versus Johannem Brian' de placito trans'.

Condonatur. Rogerus Sarep in mis' pro defalta et distringatur respondere Roberto de Rosteshal'.

iiiij s. De domino Johanne Ace et Johanne Ace filio suo pro secta usque festum sancti Michaelis.

iiij s. De domino Johanne Golafr' pro eodem.

xij d. De Thoma Felawe pro secta tenementi Roberti Godchep.

Robertus de Meysy distringatur ut prius pro defalta ad laweday et ceteri libere tenentes eodem modo.

Tenementa Ade Waryn et Thome Boveton distringantur pro defalta. Braciatores de ospitali distringantur pro assisa.

Ricardus de Hyнетон' distringatur pro defalta si inveniatur et Thomas le Frund de Wanberge plegius suus distringatur pro eodem eo quod non habuit.

vj d. Walterus bercarius in mis' pro trans' facta Willelmo Saillefest'. Plegius Johannes cocus.

vj d. Ricardus Champeneys theþingmannus in mis' quia tradidit Johannem Wrench ad plegium eo quod fuit periculum mortis.

vj d. Christina de Stanton' in mis' quia defecit de querela sua versus Thomam de Mandevil'. Plegius Johannes de Carsinton'.

Walterus Wodeman ponatur per meliores ad respondendum Johanni Savory et Johannes Crome et Willelmus Yrmongar' de Merston' summoneantur audire judicium eo [].

vj d. Thomas Sortegrove in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Arnald eodem modo. *vj d.* Henricus Coc eodem modo. *vj d.* Brianus Nichol' eodem modo.

vj d. Willelmus longus eodem modo. *vj d.* Petrus Doreval eodem modo.

vj d. Jacobus Rolves eodem modo. *vj d.* Adam Waryn eodem modo. *vj d.*

Henricus de Wadele eodem modo. *vj d.* Galfridus Ledbetar' eodem modo.

vj d. Walterus faber eodem modo. *vj d.* Johannes Feuelyn eodem modo.

vj d. Felicia de Stratton' eodem modo.

¹ S. C. 2/208/93.

² sic.

³ Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

Robertus de Middelstret distringatur pro defalta ad legem faciendam.

Adam Waryn ponatur per meliores plegios ad respondendum Christine Dodesput et Thomas Mandevil' plegius suus summoneatur audire judicium eo quod non habuit eundem.

Theþinga de Hampton' summoneatur facere inquisitionem si uxor theþingmanni ejusdem ville fecit se ballivam et quesivit domum vicinorum sine ballivo et ipsa summoneatur.

Willelmus filius Willelmi Edward queritur de Johanne Brian. Plegius prosequendi Rogerus Dayberd. Plegius respondendi Ricardus de Lente.

Lucya Grobbe queritur de Nicholao filio Ricardi Gonter. Plegius prosequendi Ricardus Grobbe. Plegii respondendi Nicholaus Gonter et Ricardus Gonter.

xij d. Johannes de cruce in mis' quia non habuit Agnetem le Bedel ad respondendum de hutesio. Plegii Henricus caretarius et Henricus Dochull'.

ijj d. Adam Pays in mis' pro trans' facta cuidam extraneo. Plegius Robertus de Berton'.

vj d. Johannes le Waleys in mis' pro trans' facta Johanni Cok et vadiat eidem emendas. Plegius [].

xij d. De Willelmo Bide pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

vj d. Johannes le Wayte in mis' pro trans' facta. Plegius Johannes de cruce.

vj d. Christina Castel in mis' quia defecit de querela sua versus Willelmum de Cleye. Plegius Johannes Castel.

Johannes Hunfray distringatur pro assisa. Walterus Nel eodem modo. Walterus de Mordon' eodem modo. Christina Saillefest' eodem modo. Jacobus famulus Juliane eodem modo. Juliana Trotok eodem modo. Alicia que [fuit] uxor Willelmi de fonte. Alicia de fonte eodem modo. Galfridus Hurde eodem modo. Matilda vidua de Lost' eodem modo. Johannes Accetil eodem modo. Robertus de Lente eodem modo. Johanna Haydon' eodem modo. Thomas le Palmer eodem modo.

Alicia Mayde queritur de Agneta Pudele. Plegius prosequendi []. Et ipsa non venit. Unde ponatur per meliores plegios et Robertus Jemes plegius suus summoneatur audire judicium.

Filius Galfridi de Mandevil' distringatur pro assisa. Willelmus King eodem modo. Rogerus le Hore eodem modo. Johannes de Morewelese eodem modo. Willelmus de angulo eodem modo. Adam Moseprust eodem modo. Willelmus cissor pro eodem ad domum Denisie de mora. Johannes Feuelyn eodem modo. Johannes le Ryche eodem modo. Willelmus Scynnar' eodem modo. Johannes Wildevur. Adam Balle eodem modo.

ij s. De atornato prioris de Bradenestok' pro secta tenementi quandam magistri Thome Gay ut supra.

Summa xxij s. ix d.

149 HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [31 Oct.] PROXIMA ANTE FESTUM OMNIUM SANCTORUM ANNO REGNI REGIS EDWARDI XIII INTRANTE XV^o

ESSONIE

Ricardus Gonter¹ per Willelmum Gonter versus Luciam Grobbe et omnes alios versus se loquutros. *Et per Robertum Osmund versus Emam Colat. Robertus de Berton' petit curiam.*

Johannes Savory per Johannem de Grantebrig' versus Walterum Wodem' de placito trans'.

Thomas Mandevil' per Galfridum Mandevil' versus dominum Adam de Stratton' et ballivos suos de placito trans'.

Rogerus Page per Johannem Hereberd versus Waleranum Peris de placito trans'.

Nicholaus filius Ricardi de Lost' per Philippum Bot versus Luciam Grobbe de placito trans'.

iiij s. De Thoma Wrong pro secta ut supra.

ij s. De domino Johanne de Klincton' pro eodem.

ij s. De Johanne de Escot' pro eodem.

xij d. De Juliana Costard pro eodem.

Robertus de Meysy et ceteri libere tenentes distingantur ut prius.

Tenementa Ade Waryn et Thome Boveton distingantur pro defalta.

Braciatores de ospitali distingantur pro assisa.

Ricardus de Hyнетон' et Thomas Frund plegius suus distingantur ut prius.

Walterus Wodem' ponatur per meliores plegios ad respondendum Johanni Savor' et plegii sui distingantur respondere eo quod non venit per summicionem. Et idem Johannes essoniatur unde summoneatur.

xij d. Radulfus de Middelstret in mis' pro defalta eo quod defecit de lege. Plegius Henricus ballivus.

Adam Waryn ponatur per meliores plegios ad respondendum Christine Dodesput. Et Thomas Mandevil' plegius suus summoneatur eo quod essoniatur.

vj d. Willelmus Edward in mis' pro trans' facta Johanni Brian. Plegius Jacobus Rolves.

Theþingmannus de Hampton' summoneatur facere inquisitionem ut supra.

Agnes Pudele ponatur per meliores plegios ad respondendum Alicie Mayde et Robertus Jemes plegius suus summoneatur audire.

Lucya Grobbe queritur de Nicholao filio Ricardi Gonter et ipse essoniatur. Unde summoneatur.

xvij d. De Ricardo le Archer pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

vj d. Johannes Hunfray in mis' pro assisa. vj d. Walterus Nel eodem modo.

vj d. Walterus de Mordon' eodem modo. vj d. Christina Saillefest' eodem modo.

vj d. Jacobus famulus Julianae eodem modo. vj d. Julianae Trottok eodem modo. vj d. Alicia de fonte eodem modo. vj d. Galfridus Hurde

¹ *None of the names of those essoined has a mark in the left margin.*

eodem modo. *vj d.* Matilda vidua eodem modo. De Lost'. *vj d.* Johannes Accetil eodem modo. *vj d.* Robertus de Lente eodem modo. *vj d.* Willelmus Skinnar' eodem modo. *vj d.* Johannes Wildevur eodem modo.
vj d. Johanna Haydon' in mis' pro assisa. *vj d.* Thomas Palm' eodem modo. *vj d.* Filius Galfridi Mandevil' eodem modo. *vj d.* Willelmus King eodem modo. *vj d.* Rogerus Hore eodem modo. *vj d.* Johannes de Morewelese eodem modo. *vj d.* Willelmus de angulo eodem modo. *vj d.* Adam Moseprust eodem modo. *vj d.* Willelmus cissor ad domum Denisie de mora eodem modo. *vj d.* Johannes Feuelyn eodem modo. *vj d.* Johannes le Riche eodem modo. *vj d.* Adam Balle eodem modo.

iij s. De priore Sancti Johannis pro secta tenementi W. Wastevil' usque festum sancti Michaelis.
 Galfridus Nyweman, Willelmus de grova, Thomas bercarius, Johannes Baldewyne distingantur pro assisa.

iij d. Rogerus Sarep in mis' pro trans' facta Roberto Rosteshal'. Plegius [].

[m.2] *xxvij s. ix d.*

Alicia filia Ricardi le Riche queritur de Thoma bercario. Plegius prosequendi Ricardus Riche. Plegius respondendi Walterus Blake. Unde summoneatur. Henricus Sort distingatur pro assisa. Alicia que fuit uxor Jacobi Brag eodem modo. Willelmus Herveu eodem modo. Robertus Osmund eodem modo. Henricus Herberd eodem modo. Matilda de Merston' eodem modo. Rogerus Page ponatur per meliores plegios ad respondendum Walerano Peris eo quod essoniator non fuit presens. Et plegii sui summoneantur audire judicium.

Nicholaus de Stapelton' distingatur pro defalta.

Summa xxvij s. ix d.

150 HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [12 Nov.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI MARTINI ANNO REGNI REGIS EDWARDI XIII

Willelmus Saillefest¹ per Ricardum Bevine versus Ricardum de Lech de placito [].
 Waleranus Peris per Robertum Prust versus Rogerum Page de placito trans'. Robertus Ude per Willelum de drova versus Johannem filium Johannis de angulo.

Robertus de Meysy et ceteri libere tenentes ponantur per meliores plegios pro defalta ad laweday.

Tenementa Ade Waryn et Thome Boveton distingantur pro defalta. Theþingmannus de Buriblunt' distingatur pro defalta. Ricardus de Hyнетon' et Thomas Frund plegius suus distingantur ut prius.

¹ Willelmus Saillefest' has a cross in the left margin and Robertus Ude a dot.

- vj d. Thomas de Mandevil' in mis' quia non habuit Adam Waryn et ponatur per meliores ad respondendum Christine Dodesput.
- vj d. Willelmus Yrmongir' in mis' quia non habuit Walterum Wodeman quem plegiavit ad respondendum Johanni Savori et Johannes Crome alter plegius distingatur pro eodem.
- vj d. Galfridus Nyweman in mis' pro assisa.
- vj d. Willelmus de grava eodem modo. vj d. Thomas bercarius eodem modo.
- vj d. Johannes Baldewyne eodem modo. vj d. Henricus Sort eodem modo.
- vj d. Alicia que fuit uxor Jacobi Brag. vj d. Willelmus Herveu eodem modo.
- vj d. Robertus Osmund in mis' pro assisa. vj d. Henricus Hereberd eodem modo. vj d. Matilda de Merston eodem modo.
- Robertus Ude de Johanne filio Willelmi de angulo. Plegius prosequendi Adam de Harnhull'. Plegii respondendi Walterus de Harnhull' et Johannes Wyldefur. Unde summoneatur.
- Nicholaus de Stapelton' distingatur pro defalta.
- vj d. Nicholaus filius Ricardi Gonter in mis' pro trans' facta Lucye Grobbe. Plegius Ricardus pater eius.
- vj d. Rogerus Page in mis' pro defalta. Plegius Rogerus de Bur'. Et datus est dies amoris inter ipsum Rogerum et Waleranum Peris.
- vj d. Thomas bercarius in mis' pro trans' facta Alicie filie Ricardi le Riche. Plegius Johannes le Blake.
- vj d. Willelmus de Cheleworth' in mis' pro trans' facta Johanni Osmund. Plegius Johannes Thopern'.
- vj d. Agnes le Bedel in mis' pro eodem. Plegii Walterus de Harnhur et Johannes Wildefur. Et vadiant eidem emendas.
- xij d. Theþingmannus de Hampton' in mis' quia uxor sua fecit se ballivam et quesivit unam domum sine ballivo. Plegius [].

Summa ix s. vj d.

VEREDICTUM THEÞINGMANNORUM

- xij d. Theþingmannus de Ingeleshamb dat ut supra et [].
- ij s. Theþingmannus de Hanendon' venit ad laweday et dat ut supra et nichil presentat.
- ij s. j d. Theþingmannus persone de Worth' dat ut supra.
- Theþingmannus de Stanton' venit eodem modo et nichil presentat nec dat. Unde distingatur pro concelemento Johanne Pye pro assisa.
- vij s. ix d. Theþingmannus de Lydyard venit eodem modo et presentat: Johannes carectarius distingatur pro assisa. Thomas Malger eodem modo.
- iiiij s. Theþingmannus de Swyndon venit eodem modo et nichil presentat.
- xxij d. Theþingmannus de Mordon' venit eodem modo et presentat quod Thomas Kentisse est infirmus et wult habere. Johannes Rede eodem modo. Johannes de Colshull' distingatur pro assisa. Agnes Coc eodem modo.
- Willelmus Saillefest' vadiat legem contra Ricardum de Lech quod die Martis proxima ante festum sancti Leonardi inter horam vespere et corfu in alta via de Worth' non assaltavit cum malis verbis nisi quod dicebat

quod nisi retrareret se de factis suis malum haberet et non aliter nec ipsum cum cultello assaltavit nec ipsum ad crucem Radulfi Mercer per capucium circa collum suum male tenuit nec ipsum super brachium sinistrum nec manum cum baculo ad faldam non percussit ad dampnum nec pudorem
xx s. Plegii de lege Johannes cocus, Jacobus Rolves.

iiiij s. Theþingmannus de Wydyhull' venit eodem modo et nichil presentat.

Robertus de Borewarescot' distringatur pro assisa.

xij d. Theþingmannus de Blunt' sancti Andree venit eodem modo et presentat: Johannes de Escot' facit defaltam. Alicia Bruther' distringatur pro assisa.

xvj d. Theþingmannus de Brodebluntesdon' venit eodem modo et presentat quod Henricus Coc distringatur pro assisa. Agnes Badecok eodem modo. Johannes le Waleys eodem modo.

vij s. x d. Theþingmannus de Buriblunt' venit et nichil presentat.

ij s. Theþingmannus de Lost' venit eodem modo et presentat: Christina dame Luce distringatur pro assisa. Willelmus filius Nicholai Gonter eodem modo.

ij s. Theþingmannus de Hampton' venit eodem modo.

xij d. Theþingmannus de Westrop venit eodem modo. Hugo le Palm' distringatur pro assisa. Petrus Doreval eodem modo. Jacobus Rolves eodem modo. Matilda de Merston' eodem [modo]. Henricus de Wadele eodem modo. Johanna Haydon', Galsfridus Ledbetar' eodem modo.

ijj s. xj d. Theþingmannus de Estrop. Ricardus facit defaltam et habeat.

xij d. Theþingmannus de Fersedon' venit eodem modo.

ij s. Theþingmannus de Merston' venit eodem modo et nichil presentat.

vijj s. Theþingmannus de Nutherestratton' venit et presentat: Rogerus le Hore distringatur respondere eo quod impedivit theþingmannum facere officium. Felicia de Stratton distringatur pro assisa. Denisia de mora eodem modo. Adam Moseprust eodem modo. Matilda faber eodem modo. Radulfus Wilde eodem modo. E[]. Et presentat quod Walterus Cerle arravit iter regale. Unde attachietur.

Theþingmannus de Overestratton' venit eodem modo. Et Johannes Thoþern' attachietur eo quod recepit pannum Ricardi Cadwell'. Ricardus Cadwell' in mis' pro defalta ad laweday. Johannes Boreuton' pro assisa. Henricus Godard distringatur eo quod fodivit iter regale.

Datus est dies amoris inter Johannem Savor' et Walterum Wodem'.

Theþingmannus de Swindon' distringatur pro concelemento.

151 [m. 3] HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [11 Dec.] PROXIMA POST FESTUM SANCTI NICHOLAI ANNO XV

ESSONIE

Walterus Wodeman¹ per Robertum Honte versus Johannem Savori de placito trans'.

¹ Names of all those essoined have a cross in the left margin except Johannes Savory which has a dot.

Johannes Thoþern' per Thomam Suleman versus Ricardum Cadwell' et omnes alios de placito trans'. *Venit.*

Willelmus Saillefest' per Willelmum Bevin' versus Ricardum de Lech de placito trans'. Et per Johannem Eleyne versus eundem de una lege facienda.

Johannes Savory per Galfridum Mandevil' versus Walterum Wodem' de placito [].

ijj s. De domino Nicholao de Stapelton' pro secta ut supra.

Johannes Reymund receptus est atornatus Johannis de Wydyhull'.

Robertus de Meysy et ceteri libere tenentes ponantur per meliores plegios ut supra.

Tenementa Ade Waryn et Thome Boveton distringantur pro defalta.

vj d. Thomas le Frund in mis' quia non habuit Ricardum de Hyonet'.

vj d. Willelmus Wivorn' theþingmannus in mis' pro defalta.

ij s. Theþingmannus de Swyndon' in mis' pro concelemento Agnetis Calne-muln' de assisa fracta.

vj d. Ipsa Agnes in mis' pro assisa.

vj d. Johannes de angulo in mis' pro trans' facta Roberto Ude. Plegius Willelmus pater ejus.

vj d. Rogerus Page in mis' pro trans' facta Walerano Peris. Plegius [].

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento Johanne Pye que braciavit contra assisam.

vj d. Johannes caretarius in mis' pro assisa. *vj d.* Thomas Malger eodem modo. *vj d.* Johannes de Colshull' eodem modo. *vj d.* Agnes Coc eodem modo. *vj d.* Robertus Borewarescot eodem modo. *vj d.* Alicia Brutre eodem modo. *vj d.* Henricus Coc eodem modo. *vj d.* Agnes Badecok eodem modo. *vj d.* Johannes le Waleys eodem modo. *vj d.* Christina dame Luce eodem modo. *vj d.* Ricardus Gonter pro W. fratre suo eodem modo. *vj d.* Denisia de mora eodem modo. *vj d.* Adam Moseprust eodem modo. *vj d.* Matilda faber eodem modo.

Willelmus Saillefest et Ricardus de Lech.

vj d. Hugo le Palm' in mis' pro assisa. *vj d.* Petrus Doreval eodem modo.

vj d. Jacobus Rolves eodem modo. *vj d.* Matilda de Merston' eodem modo.

vj d. Henricus de Wadele eodem modo. *vj d.* Johanna Haydon' eodem modo.

vj d. Galfridus Ledbetar' eodem modo. *vj d.* Felicia de Stratton' eodem modo. *vj d.* Radulfus le Wilde eodem modo. *vj d.* Johannes Boreuton' eodem modo.

Johannes le Thoþern' qui est essoniatuſ summoneatur respondere ballivis pro panno Ricardi Cadwell' ut supra.

Walterus Cerle habeat visum de via arrata et summoneatur eo quod tangit dominum.

Henricus Godard habeat eodem modo de via regali fodiata prout presentatum fuit prius.

Johannes Savory et Walterus Wodem' summoneantur sequi placitum eo quod essoniantur.

Robertus Scarlat distringatur pro defalta ad laweday. Johannes Skinnar' eodem modo (*venit*). Theþingmannus de Blunt' sancti Andree distringatur pro defalta (*venit*).

Thomas Champeneys distringatur pro assisa. Walterus Mendecort eodem modo. Johannes Feuelyn eodem [modo].

vij d. Johannes Causy in mis' quia invenit unum saccum cum aliis rebus et non tradidit ballivo. Plegius Ricardus Hueson'.

ij s. Theþingmannus de Estrop in mis' quia non habuit Ricardum Castel ad sanandam defaltam.

Condonatur. Ema de Merston' levavit hutesium super Alicia de la Leye quia ipsa voluit discedisse de domo sua quam locavit et bona sua asportasse sine aliquid dare et ponunt super inquisitionem. Unde summoneantur. *Condonatur.*

Theþingmannus de Overestratton habeat Johannem le Ferecar' ad proximum ad sanandum defaltam.

xij d. Johannes le Bedel in mis' quia invenit filum et non monstravit ballivo. Tenementum quondam domini Roberti de Lost' distringatur pro defalta. Henricus Tyeys distringatur pro defalta.

Johannes de Wydyhull' distringatur pro defalta tenementi J. Rochel.

Summa xxijij s.

**152 [m. 4] HUNDREDUM¹ DE WORTHE DIE MERCURII [15 Jan.]
PROXIMA POST FESTUM SANCTI HYLLARII ANNO [REGNI]
REGIS EDWARDI XV^o**

Johannes Eylmer² per Ricardum filium suum versus Henricum de Mynti de placito trans'.

Robertus de Rostesale per Petrum Fing versus Matillidem Rumfray de placito trans'.

Robertus de Meysy et ceteri libere tenentes ponantur per meliores plegios ut supra.

Tenementa Ade Warin et Thome Boveton distringantur pro defalta.

Theþingmannus de Stanton' melius distringatur pro concelemento. Johanna Pye eodem modo quia braciavit contra assisam.

Jacobus de la More melius distringatur pro defalta ad lawedaye.

Johannes le Thobern' distringatur pro defalta ut supra respondere ballivis pro panno Ricardi Cadewelle.

vj d. Willelmus Saylefest' in mis' quia defecit in lege sua. Plegii Johannes filius Johannis et Ricardus de Lech.

vj d. Johannes Gore in mis' pro trans' facta Bartelot le King'. Plegius theþingmannus de Grundewelle.

¹ This court is written in a hand strikingly different from the rest, being smaller and slightly splayed. There are several differences in spelling and expression.

² Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

vj d. Thomas Champeneys in mis' pro assisa fracta. *vj d.* Walterus Mendecort eodem modo. *vj d.* Johannes Feuelin eodem modo.

vj d. Walterus Andrewe in mis' pro trans' facta cuidam mulieri extranee. Plegius theþingmannus de Swindon'.

xij d. Reginaldus longus pro secta sua de toto anno.

xij d. Theþingmannus de Widihulle cum tota theþinga in mis' pro concelemento. Plegius idem.

iiij s. Theþingmannus de Overstratton' in mis' quia non habuit Johannem le Vercar' sicut manu recepit et dicit quod non vult habere.

Henricus Tyeis melius distringatur ut prius silicet pro pluribus defaltis.

Johannes de Widihulle eodem modo. Tenementum Johannis Rochel eodem modo. Robertus de Berton' eodem modo. Phelippus le Gay eodem modo.

Robertus Scarlat melius distringatur pro pluribus defaltis ut prius.

Walterus Scerle sommoneatur ut prius habend' visum. Idem Walterus distringatur pro defalta.

Walterus Wodeman vadiat legem contra Johannem Savori et Paganum filium suum et Willelmum Cursteys eo quod die Dominica proxima anno *Edwardi xiiiij^o* post festum Decollacionis beati Johannis Baptiste non venit in domum Roberti Bellamy apud Hanedon' Wyka nec ibi traxit cultellum suum super Willelmum Curtey et Paganum filium Johannis Savori nec percussit Paganum predictum per medium brachium dexterum unde et ipsi predicti Johannes et Paganus et Willelmus ipsum prosecuti fuerunt dictum Walterum usque ad spinam de Eton' Monacalium ipsum ad atachiandum. Plegii de lege Robertus longus de Widihulle et Willelmus Jordan.

Henricus Godard distringatur pro defalta et idem Henricus sommoneatur ut prius.

Johannes Loverd distringatur quia braciavit contra assisam. Johannes de Colesulle eodem modo. Cristina le Bawe eodem modo. Robertus de Boreford eodem modo. Cristina le Wite eodem modo. Petrus Doreval eodem modo. Jacobus filius Radulfi eodem modo.

Theþingmannus de Bluntesdon' sancti Andree inquerendus qui vendidit serviciam braciataam contra Natale.

Henricus Tyeys summoneatur inveniend' theþingmannum apud Fersedon'.

vj d. Robertus Abbot de Merston' in mis' pro trans' facta Henrico Godchep. Plegius idem.

Johannes Boteld eo quod vertit cursum aque inter ipsum et Julianam de fracino distringatur respondere ballivis.

Summa viij s. vj d.

153 HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [5 Feb.] PROXIMA POST PURIFICACIONEM BEATE MARIE ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XV

Robertus de Meysy et ceteri libere tenentes distringantur ut prius.

Tenementa Thome Waryn et Thome Boveton distringantur pro defalta.

Theþingmannus de Stanton' distringatur pro concelemento et ceteri libere tenentes de eadem villa distringantur pro defalta ad laweday.

iij d. Johannes le Thoþern' in mis' quia recepit pannos uxoris Ricardi Cadwell' contra voluntatem ejusdem Ricardi.

Henricus Tyeys melius distringatur pro defalta. Johannes de Wydihull' eodem modo pro tenemento Johannis Rochel. Phelippus de Gay eodem modo. Robertus de Berton' eodem modo pro tenemento domini R. de Lost'.

Walterus Wodem' habet diem ad dies legum ad faciendam legem Johanni Savori ut prius silicet die Lune post Hock'.

vj d. Walterus Cerle in mis' pro defalta et habeat visum de via estopiata per ipsum eo quod tangit dominum.

Aquiet'. Henricus Godard habeat visum de via arrata ut prius. Unde summonetur et provisum est quod hundredum sit super locum.

Condonatur. Pauper. Johannes Loverd in mis' pro assisa. *vj d.* Johannes Coleshull' eodem modo. *vj d.* Christina Bav eodem modo. *vj d.* Robertus Borewarescot eodem modo. *vj d.* Christina la Wyte eodem modo. *vj d.* Petrus Doreval eodem modo. *vj d.* Jacobus Rolves eodem modo.

Henricus Tyeys summoneatur invenire theþingmannum.

Johannes Botild petit visum de aqua versa de cursu inter se et Julianam de fraccino et datus est dies amoris. Unde summoneantur.

Prior de Bradenestok' summoneatur invenire theþingmannum apud Stratton'.

vj d. Robertus de Rosteshale in mis' pro trans' facta Matilde Renfrey et vadiat eidem *ij s.* solvendos vigilia Palmarum. Plegii Johannes le Reve et [].

vj d. Theþingmannus de Mordon' in mis' quia non habuit Henricum de Minty ad respondendum Johanni Aylm' et habeat ad proximum.

Datus est dies amoris inter Johannem Botild et Robertum le King. Unde summoneantur.

Henricus Sort distringatur pro assisa. Henricus Coc eodem modo. Matilda Renfrey eodem modo. Felicia de Stratton'.

Dominus Hugo le Despenser distringatur pro defalta.

Adam Moseprust distringatur pro assisa.

Summa v s. iij d.

154 HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [24 Feb.] PROXIMA POST CATHEDRAM BEATI PETRI ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XV

ESSONIE

Willelmus¹ filius Willelmi Wissond per Walterum Harald versus Willelmum carpentarium de placito trans'.

Walterus Sculhard per Johannem Poynnant versus Willelmum Sculhard et Margariam uxorem ejus de placito trans'.

¹ Names of both those essoined have a dot in the left margin.

- xij d.* De Thoma de Mandevil' pro secta usque festum sancti Michaelis.
 De Roberto de Meysy in respectu. Tenementa Thome Boveton et Ade Waryn
 distingantur pro defalta.
- Theþingmannus de Stanton' et ceteri libere tenentes de eadem distingantur
 ut prius.
- Johannes de Wydihull', Robertus de Berton' et Phelippus de Gay distingan-
 tur pro defalta ut prius.
- Walterus Wodem' summoneatur facere legem ad dies legum versus Johannem
 Savory.
- xij d.* Johannes Botild in mis' pro aqua de cursu suo ducta. Plegius Henricus
 Edrich.
- Prior de Bradenestok' summoneatur invenire theþingmannum apud
 Stratton'.
- vj d.* Henricus Sort in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Coc eodem modo.
vj d. Matilda Renfrey eodem modo. *vj d.* Felicia de Stratton eodem
 modo.
- vj d.* Adam Moseprust eodem modo.
- Dominus Hugo le Despencer distingatur pro defalta.
- Robertus le King vadiat legem contra Johannem Botild quod non fodiavit
 in curia Johannis Botild terram suam cum tribula et jecit in curiam Juliane
 de fraccino die Mercurii proxima post Epiphaniam nec die Veneris sequenti
 ibidem fodiavit iterum ad dampnum nec pudorem duorum solidorum.
 Plegii de lege Rogerus Forst, Henricus Wride.
- Willelmus carpentarius queritur de Willelmo filio Willelmi Wissond. Plegius
 prosequendi Jacobus Palm'. Plegius respondendi Thomas bercarius.
- xij d.* Johannes Wolson in mis' quia cepit columbas. Johannes Nywehose-
 bande eodem modo. Thomas Suleman eodem modo. Juliana Aleyn eodem
 modo. Plegius alter alterius.
- Theþingmannus de Hampt' habeat visum de aqua versa.
- vj d.* Juliana Grete in mis' pro trans' facta Thome Gerisse. Plegii Henricus
 Sort, Adam de fonte.
- Willelmus Sculhard et Margaria uxor ejus queruntur de Waltero Sculhard.
 Plegii prosequendi Walterus de Wika, Robertus Eliot. Plegius respondendi
 Henricus Aylm'.
- Theþingmannus de Mordon' summoneatur habere Henricum de Minty ad
 respondendum Johanni Aylm'.
- Ediza Trusty distingatur pro assisa. Walterus Tulling eodem modo. Petron-
 illa de Blunt' eodem modo. Nicholaus prepositus de Lost'. Isabella Colat.
 Jacobus Rolves. Willelmus de Ameneye eodem modo.
- Galfridus de la Huse ponit super inquisitionem quod non levavit hutesium
 in vico prout theþingmannus presentat. Unde summoneatur.
- Tenens persone.* Johanna Bevine braciavit contra assisam.
- Willelmus Saillefest' distingatur respondere pro hutesio levato prout the-
 þingmannus presentat.
- Johannes Michel, Willelmus Wissond et tenementum Willelmi Spaynel
 distingantur pro defalta.

Summa vj s.

**155 [m. 5] HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [31 Mar.] IN
CRASTINO PALMARUM ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XV**

ESSONIE

Johannes le Thoþern¹ per Willelmum de Cheleworth' versus Johannem Rossel de placito trans'.

Johannes de la Hurne per Johannem filium suum versus eundem de eodem. Willelmus carpentarius per Robertum longum versus Willelmum filium Willelmi Wissond de placito trans'.

vij d. Henricus Wryde theþingmannus de Straton' in mis' quia non fecit districcionem secundum preceptum ballivorum.

xij d. Margeria de Pondfold' dat ut supra ita quod non probavit pannum super sacramentum.

vij d. Johannes atornatus abbatisse de Godestowe in mis' pro defalta tenementi Ade Waryn. Plegius [].

De Roberto de Meysy in respectu.

Theþingmannus de Stanton' et ceteri libere tenentes distringantur ut prius.

Walterus Wodem' summoneatur facere legem ad dies legum versus Johannem Savori.

Robertus le King summoneatur eodem modo versus Johannem Botild ad dies legum.

Willelmus carpentarius et Willelmus Wissond summoneantur sequi placitum.

Theþingmannus de Hampt' calumpniatur quod deberet fecisse concelementum de aqua versa et habuit visum et negat. Unde inquiratur ad laweday.

De Galfrido de la Huse inquiratur ad laweday si levavit hutesium in vico ut supra.

vij d. Ediza Trusty in mis' pro assisa. *vij d.* Walterus Tullyng eodem modo.

vij d. Petronilla de Blunt' eodem modo. *vij d.* Nicholaus prepositus de Lost' eodem modo. *vij d.* Isabella Colat eodem modo. *vij d.* Jacobus Rolves eodem modo.

Tenementum Ade Waryn distringatur pro defalta.

Prior de Bradenestok' summoneatur invenire theþingmannum apud Straton'.

vij d. De Waltero Malecorn' ut supra pro argento levando de Henrico Arnald.

xij d. Willelmus Sculhard in mis' pro trans' facta Waltero fratri suo. Plegius Robertus messor.

xij d. De tenentibus tenementi Thome Boveton' pro secta usque festum sancti Michaelis.

xij d. De Willelmo Wissond pro secta sua usque festum sancti Michaelis.

xij d. Henricus le Blake de Hanendon' in mis' pro [].

Johannes de Hardinton', Thomas de la Hyde, Willelmus Fynch, Johannes cocus, Ywon le Archer, Walterus Gast, Galfridus Nyweman, theþingmannus de Lydiard distringantur pro defalta.

¹ Names of all those essoined have a dot in the left margin.

Ricardus Dalle queritur de Henrico Swayn et Nicholao fratre suo, Willelmo Anneys de Stant'. Plegius prosequendi Johannes de porta. Unde attachientur.

Walterus Anketil calumpniatur quod deberet estopiasse viam et petit visum et habeat. Unde summoneatur.

Omnes tenentes de Temple distringantur pro defalta ad laweday.

vj d. Robertus molendinarius de Lydiard in mis' pro trans' facta domino J. Walerand. Pleg' theþinga sua.

Isabella Brag distringatur pro defalta. Henricus Sort eodem modo. Willelmus dame Juliane eodem modo. Henricus Coc eodem modo. Willelmus Herveu eodem modo. Johannes Feuelin eodem modo.

Stephanus de la Leye distringatur eo quod fodiavit iter regale¹ prout theþingmannus presentat. Quod retornavit viam regalem.

Johannes Botild distringatur respondere pro filiis suis manupastis eo quod removerunt abbundas per ballivum scitas.

xij d. De Johanne Michel pro secta sua ut supra.

Summa xj s.

156 HUNDREDUM DE WORTH' DIE LUNE [21 Apr.] PROXIMA POST HOCK' ANNO [REGNI] REGIS EDWARDI XV

ESSONIE

Walterus Anketil² per Johannem de Mordon' versus ballivos de placito trans'. Willelmus filius Willelmi Wissond per Willelmum Luveson' versus Willelmum carpentarium de placito trans'.

Johannes Botild per Willelmum filium suum versus Robertum King de una lege recipienda et versus ballivos et omnes alios.

vj d. Willelmus triturator in mis' pro trans' facta Rogero Warde. Plegius Henricus Url.

vj d. Agnes Preston' in mis' pro hutesio levato. Plegius W. Ingolf.

vj d. Walterus Alfred in mis' pro trans' facta Thome Gast. Plegius Adam Thomas.

v s. Waleranus Peris in mis' pro trans' unius pulli extraantis detenti.

ij s. Thomas de la Hyde in mis' pro defalta. Plegius Willelmus Finch.

vj d. Theþingmannus de Lydiard in mis'.

Theþingmannus de Stanton' et ceteri libere tenentes distringantur ut prius.

vj d. Isabella Brag in mis' pro assisa. *vj d.* Henricus Sort eodem modo. *vj d.* Willelmus dame Juliane eodem modo. *vj d.* Henricus Coc eodem modo.

vj d. Willelmus Herveu eodem modo. *vj d.* Johannes Feuelyn eodem modo.

vj d. Thomas de Colshull' in mis' pro trans' facta Johanni le Taillur de Fersedon'. Plegius Robertus le Galeys.

xij d. Henricus Swayn in mis' pro trans' facta Ricardo Dall'. Plegius Robertus de Stona.

¹ MS. legale.

² Names of all those essoined have a dot in the left margin.

Omnis tenentes de Temple distringantur pro defalta ad laweday ut prius.
 Robertus le King summoneatur facere legem versus Johannem Botild.
 Willelmus carpentarius et Willelmus filius Willelmi Wissond summoneantur
 eo quod essoniantur.

Walterus Anketil summoneatur pro via estopiata eo quod essoniatur. Et
 habeat visum prout petiit. *Et ipsi qui viderunt dicunt quod sic. Unde emendet
 et ipse respondeat.*

xvij d. De Roberto de molendino, Henrico Cubb', Ricardo Castel, et
 Henrico de Stanfordin et Willelmo de molendino et Thoma Ince pro secta
 tenimenti Ade Waryn usque festum sancti Michaelis. Plegius Ricardus de
 Lech'. Et de ceteris capiatur districcio pro eodem.

Stephanus de la Leye ponit se super inquisitionem quod non returnavit iter
 prout presentatum fuit per theþingmannum.

vj d. Johannes Boliton in mis' pro trans' facta Roberto Weg. Plegius Walterus
 de Wyka.

iiij d. Johannes Rossel in mis' pro trans' facta Johanni Thoþern'. Plegius
 Robertus Rost'.

Summa xv s. ix d.

VEREDICTUM THEÞINGMANNORUM

Theþingmannus de Ingelesham dat ut supra.

Theþingmannus de Hanendon' venit ad laweday.

Theþingmannus persone de Worth' venit eodem modo.

Theþingmannus de Stanton' venit eodem modo.

Theþingmannus de Lydyard venit eodem modo. Et Ricardus Sortegrove
 distringatur pro defalta, Johannes caretarius pro assisa, Thomas Malger
 eodem modo.

Theþingmannus de Swyndon' venit eodem modo. Radulfus molendinarius
 distringatur eo quod fuit extra assisam.

Theþingmannus de Mordon' venit eodem modo. Emma Wrench pro assisa.

Theþingmannus de Wydyhull' venit eodem modo. Robertus de Borewarescot
 distringatur pro assisa. Christina la Wyte eodem modo. Willelmus carpen-
 tarius. Relicta Trusty eodem modo. Robertus longus eodem modo.

Theþingmannus de Blunt' sancti Andree. Henricus Duuc distringatur pro
 assisa.

Theþingmannus de Brodeblunt' venit eodem modo.

Theþingmannus de Buriblunt' venit eodem modo. Henricus Hereberd dis-
 tringatur pro assisa. Agnes Ingolf. Alicia de fonte eodem modo.

Theþingmannus de Lost' venit eodem [modo].

Theþingmannus de Hampt' venit eodem modo. Walterus de Eston' braciavit
 contra assisam. *Tenens persone.*

Theþingmannus de Westrop venit eodem modo. Jacobus Rolves distringatur
 pro assisa.

Theþingmannus de Estrop venit eodem modo. Hubertus de gardino dis-
 tringatur pro Nicholao de Sparsolt famulo suo extra assisam recettato.

Theþingmannus de Fersedon' venit eodem [modo] et nichil presentat.

Theþingmannus de Merston' venit eodem modo.

Theþingmannus de Nutherestratton' venit eodem modo et Johannes Osmund distringatur pro assisa. Denisia de mora eodem modo. Adam Moseprust. Item de ospitali. Johannes Randolph distringatur pro assisa. Ricardus Cadwell' et Johannes Radenham eodem modo. Extracta liberentur ospitali de hominibus suis.

Theþingmannus de Overestratton' venit eodem modo.

Johannes filius Margarete distringatur pro defalta eo quod essoniat non fuit presens.

Nova placita sunt in cedula.

RESPICE IN TERGO PRO UNO HUNDREDO.

**157 [m. 5d.] HUNDREDUM DE WORTH' DIE MERCURII [14 May]
IN VIGILIA ASSENCIONIS ANNO XV**

ESSONIE

Johannes Randulf¹ per Willelmum Stapelford versus Henricum Huwelot de placito trans'.

Radulfus de Nywham per Ricardum Aylm' versus Robertum filium Willelmi fabri de Merston'.

Theþingmannus de Stanton' et ceteri libere tenentes distringantur ut prius. Omnes tenentes de Temple distringantur pro defalta ad laweday.

De Stephano de la Leye in respectu usque proximum quod hundredum scitum sit apud Merston' ea racione.

Tenementum Ade Waryn distringatur pro defalta.

vj d. Johannes Botild in mis' quia defecit de querela sua versus Robertum le Kyng'. Plegius [].

xij d. Thomas le Gast in mis' pro trans' facta Waltero servienti prioris de Braden'. Plegius Thomas de la Hyde.

vj d. Willelmus filius Willelmi Wissond in mis' pro trans' facta Willelmo carpentario et vadiat eidem ij s. Plegii Adam Gilib' et Jacobus Sprot.

xij d. Walterus Anketil in mis' pro via estopiata. Plegius Ricardus de Lech'.

vj d. Johannes Moop in mis' pro defalta et pro trans' facta Waltero Wyvorn' et vadiat eidem vj s. Plegii Jacobus Brag et Adam Gileb'.

Willelmus Palmere summoneatur audire judicium eo quod non habuit Galfri-dum Dodesput quem plegiavit ad respondendum Willelmo Kineston. Et ponatur per meliores plegios pro defalta et ad respondendum.

vj d. Johannes le King in mis' pro trans' facta Johanni de Morewelese. Plegius Henricus Edrich.

vj d. Johannes caretarius in mis' pro assisa. vj d. Thomas Malg' eodem modo.

vj d. Emma Wrench eodem modo. vj d. Robertus de Borewarescot' eodem modo. vj d. Christina la Wyte eodem modo. vj d. Willelmus carpentarius eodem modo. vj d. Henricus Duuc eodem modo. vj d. Henricus Hereberd eodem modo. vj d. Agnes Ingolf eodem modo. vj d. Alicia de fonte eodem

¹ Neither of the names of those essoined has a mark in the left margin.

